Ioannis vaccei hendecassillabon

Exi palladia nitens corona:
Exi iam liber expolitus exi:
Nasutos ne virum loquaculorum
Ronchos: atq; rudes times cachinnos
Nunquid te ille manu cheron diserta
Lima restituit venustiori
Docta(Iupiter)& laboriosa.
Tu qui pulvereo situ refertus
Plenus maculis(Dathe)invenustus
Multis sordibus obrutus solebas
Incomptus. lacer. & rudis vagari.
Nunc cheroniaco gravis labore
Phoebo clarior & nimis beatus
I. quocunq; voles: lubens recede:
Solus namq; potes viris togatis:
Et valde venerabilis pelasgis
Sublimi Dathe personare lingua
Quem demosthenes ille fulminator
Et nostre duo sydera illa lingue
Arpinas Fabiusq; honore patres
Tollent immodico. Liber vagari
Iam secure potes: facesse: Quando
Nil Cherone duce est tibi timendum
Exi palladia nitens corona
Exi iam liber expolitus exi.

Ad Senam Aug. Dathi patriã

Hic est. ecce venit tuus poeta
Foelix eyage gloriare Sena.
Laudat Mantua splendida maronem.
Laudat Corduba. concitum poetam:
Arpinum quoq; Tullio superbit
Nec verona suum tacet Catullum.
Nec te sulmo tacet venuste Naso.
Aponum quoq; Livium decorat:
Heus. dic patria cum loquatur omnis
Tu cur Sena tuum taces alumnum
Hic est: ecce venit. tuus poeta
Foelix eyage gloriare Sena.

Ioannis Bironii Sarlatensis Octodecastichon carmen ad dominum Hermandum Bironium vigilantissimum Sarlatensis ecclesie presulem.

Gallica: que varios celebrauit terra triumphos:
Et nitidos genuit fertilis arte patres.
Est variis decoranda modis(si nulla superſit
Relligio)doctos que decorarit auos.
Sarlatensis adest: sed faustum terra Catonem
Que genuit magna fertilitate virum.
Qui decus illius: rector quoq3 gentis amene:
Qui foret excelsi presulis arma gerens.
Sceptraq3 musarum seruat doctissimus ille:
Quum dulces phoebus certat inire modos.
Ipse nepos aliquas modulabor carmine laudes:
Dum mea sit maior musa canora pede.
Accipe nunc igitur(presul doctissime) musas.
Docta Dathi capias nunc monumenta viri.
Hesperidum si mala tenes: si vellera colchi:
Si diadema tui culminis ore nitet.
Flecte manum capiens tenuis que munera confert
Musa quiescenti sit comes iste liber.

Eiusdem tetrastichon ad generosum adulescentem Robertum de monte alto

Salue castalii surgens e gurgite fontis:
Doctrina nostros qui superabis auos.
Ipse cothurnatos sequeris germane poetas:
Mons tibi: mons altus tollet ad astra caput.


Gastonis Fuxentii Nauarrensis ad reuerendu3 presulē Robertum Cokburñ. dominum Rocensem: & sacre ed s palatine questorem promeritissimum.
Decastichon.

Itala terra potens genuit candore poetas:
Rhethoras & genuit non minus illa graues.
Ast ea: que boreo residet porrecta sub axe:
Grandiloquos sophie protulit alma viros.
De gremio cuius: cum gallis degis in aruis
Sit tibi Senensis(Questor)opella frequens.
Doctrine secum latices: qui flumina gestat:
Omnia que sacro phoebus ab amne tulit.
Ornato renouat dulces splendore camenas:
Que tibi threiciam rite dedere chelim.

Octastichon Ioannis Villemart Ambasiani ad Reuerendũ Manetensis ecclesie presulem Franciscum Hamonem.

Si iuuat argutum(presul facunde)libellum
Cernere: & Andino dulcius ore loqui.
Nosce Dathum: qui romanas amplectitur artes:
Solus & exuperat gramina thucididis.
Iam sileat Cicero: sileant Demosthenis artes:
Arpinas: Fabius: solus hic esse potest.
Ergo Nanetensis(pastor clarissime)gentis.
Pro xenio nostrum suscipe queso Dathum.

Tabula operis


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ℭ Libro quinto subscriptæ orationes continentur

ℭ Liber sextus subnotatas continet orões

¶ Stromatum libri alterius capita hec sunt

Stromatum capita expliciunt.

Finis tabule

¶ Notarum loca obeliscis confodienda vel vngue oberandenda isthec pro scopo considerabit candidus lector que potissimum calcographis inter imprimendum obrepserunt. ¶ Primo foliorum numeum interdum obseruabis esse inuersum bis reperies succedaneis folis. xxxv. &.xxxvi. Item a.l.vsq₃ ad.lv.series foliorum mutanda est folio. iiii. vbi cupidux repone cupidus folio.v.condit pro cōdidit:pereninis pro pennis:ibidem famiiiares pro familiares.folio. xv. cnctis repone cunctis fo.xxxi.vbi oratio:xxxix.repone lxxiii.& ita numerū orationū inuersu₃ oblitterabis ad finē vsq₃ quarti libri.fo.xxxvi ε.στπομι lege εστιωομομ ibiaem ανοσαυσης Repone αμα πανσιο Fo..xlvi. vbi deest Græca sententia lege φιλοσοφια εστι' φιλια.σοφιασ.Ibidem Quid est φιλια.fo. xlix. quod abest ita lege σοφονσ & σοφιστασ.fo.lii.Cadud:vbi reponendum apud fo.l.Illud Platonicu₃ adde.ασκει.ται.ΔΗ.το.αει.τιμω.μενομ.αμελειται.Δε το ατιμαζομενομ.

¶ Quædam Paraenesis ad studiosos lectores.

I inter legendum venustissimas Augustini Dathi orationes (studiosi lectores) occurrāt vobis quædam vocabula: quæ veluti plærisq; vernacula: & in cunabulis grammatices nondū vbere pleno repleta: potius reticēda videantur: q̄ in foro coram circunspectissimorum grege virorum depromenda: persuadete vobis linguam latinam non modo quasq; sui emporii dictiones suo loco aptandas: sed etiam sæpenumero Græcas & peregrinas dictiōes admittere: vt Anticatones: Epytogium: gaza: magalia: lancea: dictionem Hispanicam. Gesa Gallicam. & plærasq; id genus. Vnde Philelfus: salarium non aspernatur dicere pro stipendio. Multo plura Tullius parēs eloquētiæ admittit: quæ Fucatus Phaleratus artis oratoriæ Sophista nollet primoribus labris contingere: qui perinde atq; cum matre Euādri sermone multis annis iam desito cum Iani farragine: & affectatis Mæcenatis Cacoze'is: quas (Tranquillo teste) Augustus lepidissime incessebat: vt qui consueuisset eius Mycrobrechos: ac cincinnos in scribēdo psequi: eloqui conatur: cū ex sententia Fauorini illi viuēdū esset moribus præteritis: & loquendum verbis præsentibus. Authore quoq; Caio Cæsare tanq̄ scopulum fugere deberet: inauditum atq; insolens verbum. Si itaq; Augustinus Dathus orator illustris: quæ nunc sunt in honore vocabula (vsu volente) vsurpat neutiq̄ spernendus est. Quid ni Latinū est seruitor: Genitor prodessendum: grates: & multa id genus: quæ maximus ille Criticus ac latini eloquii vindex Laurentius Valla: aut præcipere: aut vetare non audet. Vnde Oratoris: Poetæ: & Historici leges: quibusdam frenis ita compescit. Orator (inquit) potius dicet filius q̄ natus. pater q̄ genitor. mater q̄ genitrix. parēs pro vtroq; dicitur. Poeta quædam reseruat sibi vocabula: cæteris penitus dissueta: vt pro equo Caballus: lumina pro oculis. Historici quandam mediam viam tenent.

¶ Altera Philippi Beroaldi Paraenesis.



Loquentia militaris differt ab eloquentia forensi. Inde verba castransia dicuntur quibus in castris frequenter: in foro rarenter vtebantur Romani: sicuti illud est quadriparii: Copiantur: quod verbum vt inquit Gellius castrense est: nec facile id reperies apud ciuilium causarum oratores. Et Liuius ait Brōnem Tempanii fuisse militariter grauem: significare volens fuisse incompositam: minimeq; excultam flosculis eloquentiæ forensis. Cornelius quoq; tacitus inquit Vespasianum militariter locutum esse ad milites: cum eloquentia castrensi vsus sit non forensi. Sidonius Apollinaris Cæsarem & ipse laudat ab eloquentia castrensi. Et Quintilianus dixit Cæsarem eodem animo dixisse quo bellauit: in quo mira fuit sermonis eloquentia. De peritia dicēdi: & eloquendi: plura lege in Stromatibus: & in hac Isagoga.

¶ Francíscus Phílelfus Augustino Datho. S. D.



OLVI Tibi persuadeas vlla mea vel ne-gligentia vel obliuione factum esse: quo-minus ad tuas vnas superioris litteras tí bi responderim. Nam vt scire longo iam vsu potuisti: nec me omni etiam in re di ligentior est quisq̄: nec tui obliuisci que-am: a quo me norim non secus amari: ob seruariq3: q̄ si esses filius. Sed nec mihi oc cupationes huic dulci: pioq3 officio fue-rint impedimento. Quibus ipsis et si ne nunc quidem sum vacuus: malim tamen vel paucis ad te respondere: q̄ præstare diuturniore silentio: vt iure videri possem obiurgandus abs te. Delecta uerunt me vehementer tuæ litteræ: quippe quæ testes locupletissime sint non minus præstantissimi tui ingenii: q̄ summæ erga me pietatis. Pla-cet eruditio: placet orationis nitor: imprimisq3 tua modestia & huma nitas: Perge igitur: ocœpisti: quo tum beniuolentia tua te indies ma-gis magisq3 diligamus: tu3 pristinæ nostræ doctrinæ fructus: ex tuis di sertissimis monumentis quotidie capiamus vberioreis. Vale ex Medio lano. III. Idus Septembres. M. CCCC. LV.

Francísci Octauii Cleophíli Ariminensis clari poete epigrā-ma ad Mattheum Thommasum Senensem huius Isagogici libelli Augustini Dathi oratoris clarissimi assertorem

Quantum prisca tuo debes (o Roma) camillo
Augusto quantum virgiliana chelis.
Hunc tantum Matthee tibi debere libellum
Dícimus: o gentis tutor: amorq3 tue.
Per te direpti patrie redduntur honores:
Per te sublate restituuntur opes.
Inscribis titulum: verasq3 in margine laudes
Asseris: & forti nomina dempta manu.
Dathe resurresti: gaude: tuus ecce libello.
Stat labor: asserto: quí modo nullus erat.

¶ Disertissimi Rhetoris Aug. Dathi Senensis Isagoga de ordine discendi et recte loquendi ad nicolaum filium.



IDEO te fili mi vehementer litteris & eruditione laetari: & tum in amplectienda virtute: tum in doctrina adipiscēda periucun de versari: ac libenter patris iussa capessere. Charus es: quod filius michi: charior quod his exercitationibus deditus: sed futurus lōge charissimus: si indies perseueraris magis: & incumbere studiosius ingenuis artibus ac virtuti augendae perrexeris. Itaque michi crede: eris his de causis charior michi atq; iucundior quam quod filius natus es michi. Proinde etiam atq; etiam relictis rebus caeteris posthabitis curis studium tuum omne, et tuam aetatem ad eas res assequendas accommoda ¶ Etsi quando a meo latere discedis: te ad Speusippum meum & nostrū studiosissimū Petruz consere: vnde semper abibis doctior: & scientia simul & bene viuendi augeberis exemplo. Nostra instituta tecum frequenter animo et cogitatione complectere. Memento ad rem quāpiam rite perficiendam: ingenium: rationem: studium: imitationem: exercitationem concurrere oportere. ¶ Ingenium natura tribuit: sed & nostra quoq; iuuat industria. ¶ Ratio est ab artis praeceptis: studiū totum a nostra diligentia proficiscitur. ¶ Imitatio instar speculi est: quod intuentes: quae nostra sunt facilius aurigamur: et regimus. Exercitatio autem atq; vsus & magistri vocem & vim cuiuslibet precepti superat. Ac per ingenium quidem apti sumus. Ratione instruimur: studio proficimus: imitatione adiuuamur exercitatione perficimur. Per haec omnia simul iūcta claremus: et summam gloriam adipiscimur.

More Tullii primo officiorū Nicolauz filiuz hortatur Au gu: ad litterarum studium.

Vt Cicero in lelio qui nunquam a senis latere disce debat.

Ingeniuz Ratio Imitatio. Aurigor.

¶ De modo comparande eloquentiae

¶ Cupis eloquentiem comparare. Laudo te: sed ita demum laudo: si cum illa crescat indies virtus: & recte viuendi studium. Nam ab eisdem fontibus eloquētia manat & virtus. Nec temere Stoici Philosophi eloquentiam in bonis animi & virtutibus annumerarunt. ¶ Sed nec sane quisquā Orator dici possit: nisi sit idez vir bonus. Quod recte explicauit. M. Cato. Nam & vir bonus esse debet orator vt ipse bene viuat: et dicēdi peritus: vt alios ad bene viuendum cohortetur. Dicere ausim oratore si vir bonus existat. nichil inueniri melius: nichil contra perniciosius: si abutatur eloquendi facultate. Quāquam nulla potest eloquētia eē: quādo a virtute discedit. Bene dicendi copia praeclara res est: at bene viuendi ratio tum praeclarissima: tum etiam necessaria. Orator.

Quibus constat eloquentia.

Fabularū aſpernator Aug. dathus

Quintilianus

Duplex oratio

Iudiciale

Demonſtratiuum

Instrumētum ora.

¶ Ac duabus potiſſimum rebus. Eloquentia conſtat: verborum flore atq; ſententiarū grauitate. Verba curandū eſt. vt latina ſint et a cōmuni vſu haud longe recedentia: qualia perſonant imprimis. M. Ciceronis libri: et P. Terentii fabulæ. Quem latini ſermonis et verborum proprietatis ſeruantiſſimum eſſe intelligimus. ¶ Quare cum fabularū vanitatē habuerim ſemper odio: permiſi tamen vt noſti legēdi Terentii veniam ea videlicet ratione vt linguam inſtruas rectam viuendi rationem nō ſubuertas. Accedant et Criſpi Saluſtii et Titi Liuii hiſtoriæ quæ ad hanc quidē rem pluſrimum afferunt adiumenti: ex quarum potiſſimum lectione alitur et pingueſcit oratio. Nam tam et ſi ſermo cōſtet ratione: vetuſtate: auctoritate: conſuetudine. vna tamen auctoritas tribus reliquis antecellit: quæ (vt ipſe quoq; Quintilianus ait) ab oratoribus maxime et Hiſtoricis peti ſolet. Et quoniā de verbis mentio eſt: ex quibus conficitur et conflatur oratio. ¶ Scito orationem ipſam duplicem a viris tradi: id quod in libris de officiis oſtendit Cicero. Et altera quidē vocatur ſermo: contentio altera. Atq; aliter in ſermone loquendum: qui habetur in circulis in diſputationibus in congreſſionibus amicorum: in conuiuiis: qui et idcirco mollior: Leniorq; eſſe debet. ¶ Aliter in contentione. quæ circa illa verſatur notiſſima cauſarum genera: conſultantiū in deliberationibus Senatus apud patres cōſcriptos et reipublicæ gubenratores: vbi ſalus ciuitatis et publica dignitas vtilitaſq; proponitur: et quæ eas res continent: ſuadentur: diſſuadentur cōtraria. ¶ Iudiciale: in quo de iuſto agitur in foro atq; prætorio, quod accuſatione interdum: plerūq; defenſione conficitur. Non nunꝙ petitione. Quod vnum apud veteres romanos præcipue floruit: plurimum noſtris tēporibus obſoleuit. ¶ Demonſtratiuum apud populum & in comitiis: vbi honeſtas intēditur et certa quæpiam perſona laudatur: vituperatur ve. Ac diuerſa quidē eſſe debet in tribus generibus pertractandis eloquendi ratio: vbiq; tamen vis ſumma dicendi: et vbertas quædam vehementior: ꝙ in ſermone pateat. Laudatur dulcis et comis orator: ſed is lōge cæteris anteponatur: qui multo vehementiſſimus fuerit.

¶ Oratoris officium

¶ Eſt antem oratoris officium benedicere: et ad perſuadendum accommodate: quemadmodum benedixiſſe ac perſuadere finis: quo omnis eius ſpectat intentio: atq; vt benedicat opereprecium eſt apte inuen re: diſtincte diſponere: quod eſt ordine inuenta collocare: ornate ac ſplendide eloqui. ¶ Oratoris inſtrumentum ipſa eſt: quod tu non ignoras: oratio: ea vero vt abſoluta &

perpecta sit. Partes habet exordium: in quo fiunt attenti auditores ad audiendum: dociles ad intelligendum: beniuoli ad retinēdum. ¶Post exordium narratio sequitur: quæ breuis esse debet: superuacua deuitando: dilucida: vt tollatur obscuritas. Verisimilis credibilia ac probabilia exponendo. ¶Post narrationem plerumq3 diuisio sequitur: quæ artificiosa pars est: et in distribuēdo ternarium plerūq3 numerum nō excedit. Duo enim tria ve in oratione explicanda: et quæ ordine tractanda sint: proponuntur ¶Itaq3 et recte confirmatio succedit: et rerum propositarum efficax: atq3 artificiosa probatio: et in ea ipsa (si opus fuerit) erunt nonnulla interdum diffinienda: nonnulla etiam diuidēda. Probanda vero pleraq3 per argumentationes: per enthymemata quæ commentationes latine vocantur: per exempla: sed et per sapientum sententias: per responsa prudentum: per summoru3 virorum auctoritates. per leges ac iura. per instituta atq3 optimas sanctiones. per æquum et bonu3. per approbatas consuetudines firmāda amplificanda roboranda erūt. Adde etiam (si libet) quod ipse quoque facio persæpe: Prophetarum voces. Hagiographorum oracula: diuini Verbi sacrosancta eloquia: quibus nec firmius quicquam: nec omnino certius afferri potest. Quo loco erunt vtiq3 afferenda iusta legitima: vtilia honesta iucunda facilia factu vt suadentes quæ intendimus talia esse ostendamus dissuadentes vero contraria. quequidem singula recte diffinit Aristoteles iis rhetoricis libris quos ad Alexandrum quem & instituerat Macedonum regem scripsit. ¶Iustum finiens omnium: aut plurimorum: non scriptam consuetudinem: honesta turpiaq3 determinantem: velut parētes honorare: amicos iuuare: qui de nobis bene meriti sunt. ¶Referre gratiam: quæ atq3 his similia pleriq3 faciunt: communi quadam consuetudine: vel nulla condita lege. ¶Legitimum a lege ductum est. est autem lex pro eiusdem Philosophi sententia communis ciuitatis cōsensus: scriptis præcipiens: quomodo vnumquodq3 agendum sit.

Partes orationis: Exordiu3 Narratio Diuisio Cōfirmatio

hagiographi sancti scriptores

Aristotet in rheto. Iustum. Legitimū

¶Vtile diffinit: quod presentia bona tueatur: absentia comparet: aut quod instantia mala repellat: et futura propulset incommoda. Sunt autem vtilia priuatim quædam: quædam publice Que priuatorum sunt: quædam ad corpus pertinent: ceu robur formæ dignitas: prospera valitudo. Quædā ad animū: veluti sapietia: iusticia. tēperātia: et reliquæ virtutes: que bona animi sūt Alia ad res externas: & quæ totæ pene sunt in ptāte fortunæ: quo numero amici: clientes: pecuniæ ac possessiones continentur. Ciuitatis vtilia ea cōstituūtur: per quæ stare diu ciuitas & trāquilla eē pōt: qualis imprimis est ciuiū concordia atq3 vnanimitas:

Vtile

quæ parit pacē:et ad bella propulsāda vires suppeditat: vtile quoq3 ærarium copiose refertū: vi magna pecuniarū: vbera vectigalia quæ et pacis sunt ornamenta et belli subsidia. Addit Aristoteles sociorum virtutem ac multitudinem. Sed ea res vna pro varietate populorum ac temporum varia quoq3 esse cernitur. Hæc igitur et cognata his appellantur vtilia. inutilia vero his contraria

Honesta Honesta vero. quæ vulgus imperitorum honorabilia vocat: dicuntur ea: ex quibus splendor aliquis atq3 illustre decus in eos: qui præclarum aliquid gesserint: emanaturū sit: qualia eorum existūt qui gestarum rerum gloria florent.

Iucunda. ¶ Iucunda sunt: que afficiant gaudio: atq3 afferant voluptatē.

Facilia ¶ Facilia vero dicuntur quæ breui tempore: quæ minimo labore: quæ parua impensa absoluūtur.

Possibilia Quēadmodum possibilia sunt: quæcunq3 fieri natura possunt

Impossi. Impossibilia his contraria.

necessaria ¶ Necessaria: quæ vt fiant arbitrii nostri et potestatis non est. sed omnino tanq̄ ex diuina quadā aut humana necessitate proueniunt. Atq3 ex his quidē omnibus pro varitate causarum Oratori cōmode argumentari licebit: et suam facillime confirmare sententiam. Et quoniam perfecta probatio constat nostræ sententiæ confirmatione: alienæ autem & contrariæ infirmatione: congrue adiungitur.

Confutatio Confutatio: per quam reiicimus: improbamus: refellimus quæ ab aduersario contra sententiam nostram afferentur.

Cōclusio. Postremo epilogātes concludimus et peroramus. ¶ Et illa imprimis laudatur conclusio: quæ tum breuiter: tum concinne repetens quæ dicta sunt: influit in auditorum animos vt facie exinde ac memoriter teneantur.

Quomodo aliquid demonstrandum.

Et cū ad aliquid perspicue ostendendum necessaria sit perfecta argumentatio: ne illa quoq3 te lateat: quæ cum absolutissima est: quinq3 partibus constat: & propositione: ratione rationis confirmatione: amplificatione: cōplexione conficitur. Quippe cum rectus sit ordo: vt primum aliquid proponamus: vt immortales et sempiternos esse animos: deinde rationem afferamus: tum validius tueamur. Porro per exaggerationem amplificemus: si meri to pro zenonis sententia dialectica pugno: vt pote angustior rhetorica palma comparatur: quæ vberior copiosiorq3 esse debet. Postremo quæ allata sunt: conclusione complectimur. Quāq̄ si res proposita ita postulare videbitur: possis interdum duobus posterioribus supersedere: alterutro nonnunq̄. si ita proposita materies exegerit.

Attende. Quod vtiq3 prudens considerabit orator. Magni nāq3 refert: quibus de rebus habeatur oratio.

Tres figuræ rhetoricæ ¶ Quocirca et figuras tres rhetores magni cōmemorant: extenuatam vnam: gracilemue: mediocrem siue moderatam (vt alii vocant) alteram grauem: vberē ve tertiā appellantes: quibus artificiose et eleganter vsus est Maro: et Buccolica gracili caractere. Georgica medio

Aeneida grandiloquo modulatus/ actis ingenii et summae artis atq3 industriae documentum praebuit. Siquidem ad rerum varietatem varie quoq3 accommodatur oratio Vt si verbi causa de alimentis: de vectigalibus in deliberatiuo genere: si de bello: si de pace: de legibus condendis: de ciuili apparatu: de societatibus ac faederibus ineundis si de pecuniarum prouentibus si nonnūq̄ de sacrificiis et diuini cultus pietate si variis ac diuersis de rebus dicēdum sit varium quoq3 afferri debet dicendi genus. Haec autē omnia debent quide3 dicenti esse perfamiliaria.

¶ Duplices quaestiones.

Nec illud ignorare debes: quod quaestiōes duplices sunt: et materia quaepiā dupliciter pertractatur: proponitur Quare graeci Thesin et Hypothesin constituunt ¶ Thesin. M. Tullius propositum appellat quō aliquid generaliter differitur: remotis personis temporibus ac reliquis circunstantiis. Quodquide3 tractare magis proprium Philosophi est. ¶ Hypothesin cū Cicerone causam appellamus: & ea quidem non infinita quēadmodum Thesis: sed finita potius est: et complexu constat personarum: ceterarum ve circunstantiarum: quae sunt: quis: quid: vbi: quando: cur: quomodo: quibus adminiculis: et quis ad personam refertur: quid ad factum et negocium: vbi ad locum: quando ad tempus: cur ad causam finēq3: quomodo ad agendi rationem modumq3 Quibus adminiculis: vt per quos auctores. per quos comites: per quos internūcios ac caetera eiuscemodi. Quae considerare: quae tractare suum est oratoris. Et infinita quidem quaestio amplior: diffusiorq3 est: a qua & finita descendit: et (vt Quintiliani vtar exemplo) Thesis fuerit: si quis differat: an sit ducēda vxor. Hypothesis: an Cathoni sit ducenda vxor. Nam haec persona. i. Catone circunscribitur: illa nullis terminata et constricta circunstantiis est. Vtraq3 tamen et veteres doctissimi consueuerunt: et nos ad eorum imitationem exercere debemus. Haec igitur: quae nō ipsi perstrinximus: et a rhetoribus sunt latius pertractata: saepe tecū fili mi cogitabis: meditaberisq3 quae vim et copiam bene dicendi cōtinent: & nō solum in orationibus habendis: sed et in conficiendis libris & magnis rebus discernendis vehementer prosunt.

Thesis.

Hypothe-

De ratione probandi.

Sed probandi rationē: quae et Philosophū et oratorem plurimum exornat: suppeditant maxime. Aristotelis Topica: et eadem de re Ciceronis ad Trebatium liber et Fabii Quintiliani: quintus praecipue Oratoriae institutionis: in quo de locis argumentorū diligentissime pertractatur. Vbi et abunde inuenias: qui loci a personis sint: qui a rebus: quae sint rerum accidentia: veluti causa: tempus: locus. occasio: instrumentū: modus: quae personarū seu genus natio: patria: sexus: aetas: educatio: habitus corporis: fortuna: quae

Topica loci dialectici.

in propinquis: in amicis: in diuitiis sita est: tum conditio: natura: studium: affectus: facta: dicta: animi commotio: consilia: amicitia: inimicitiae: nomen: & quae his sororia sunt: quae omnia personis accidunt: & ex iis argumenta promuntur: quae quidem nosse debet: qui veram & plenam voluerit eloquentiam comparare. Sed nec praetermittendae exornationes sunt: quos plaeriq; colores vocant tam: quae verbis ꝙ quae rebus constare traduntur. De quibus praeclare ante alios omnes praecepit. M. Tullius Rhetoricis institutis ad C. Herennium. Quod si quaeris verborum & figurarum variam rationem: cum sit iucunda plaerunq; varietas: cunq; Oratoris copia non debeat vniformi orationis contextu contēta esse. Habes libellum Isagogicum a nobis editum: & propter vtilitatem eius non in Latio solum: sed etiam apud remotiores populos in vsum & exercitationem receptum. Eum tu lege crebro: & quae praecipiuntur studiose cōplectere: & insuper memoriae commenda. Nā (vt ex Petro nostro Stephanista hispaniensi viro litterato & modesto accepisti) ipse quoq; Aragonum Rex generosus Ioannes: Princeps clarissimus: eum libellum ita deosculatur: vt iam totum & ipse quoq; memoriae commendauerit: et opusculum ipsum in deliciis habet. Quanto te studio maiore idipsum facere oportet: vt patris praecepta auidissime arripuisse videaris. Quae a Grammaticis: quae a Rhetoribus. quae ab historicis: quae a caeteris viris disertissimis in elocutionis varietate vsurpata sunt: habes plaeraq; breui compilatione collecta.

Sororius

Ioannes Aragonū rex huius Isagoges amplexator studiosus

Terētius latinitatis Simia

¶ Crebra sunt in eo a Terētii scriptis deprompta exempla: nec id temere. Nam hic vnus auctor prae caeteris proprietatem verborum seruat: & latinam redolet elegantiam. Testis sit. M. Tullius: totus vbiq; Terentianus: & idcirco eloquentium omnium facile Princeps. Quod si cupis rectam verborum significationē: atq; originem inuestigare: sint Principes ante alios. M. Varro. A. Gelius: Nonius Marcellus. F. Quintilianus: Pompeius Festus: Asconius Pedianus. Sed nec contemnendus Isidorus. Tum grāmatici celebriores: Donatus: Seruius: Priscianus: & qui ab eorū auctoritate non recesserunt. Hinc tibi abunde verborum suppetet ratio. Porro quod ad grauitatem spectat sententiarum: breui exponam tibi quos praecipue legere: audire: ac nosse debeas.

Principes significationis verborum & originis eorūdem

¶ De grauitate sententiarum.

Attēde sacrorū dogmatum amator.

¶ Ac primum magnopere te hortor fili mi: vt sacrorum litterarum libros: & diuina scripta studiose legas. Vnde & vitae institutionem rectissimam comparabis: & inuenies: vbi solidam percipies voluptatem. ¶ Sectare patris vestigia: quae scis: multo magis diuinis litteris ꝙ Ciceronianis voluminibus delectari: quae res vna & frugem tibi vberiorem: & summam iucunditatem pariet. Quos vero ex infinita pene copia libros deligere prae caeteris debeas ex nostra iampridem cōsuetudine didicisti. Nec igno

ras sacri eloquii & diuini Canonis ordinem: & in vetere testamẽto legem: prophetas: Hagiographos contineri. In nouo aũt Euãgelia: Pauli & canonicas epistolas: Apostolorum gesta: & Ioãnis Apocalypsin. ¶ Secundũ hæc vero Hieronymus: Augustinus: Ambrosius: Gregorius: Hilarius: Bernardus noster: Leo: Lactantius: cæteriq3 catholici præceptores non incelebres: magno tibi habeantur in pretio: & ita te eorum lectione: ac doctrina oblecta: vt menti penitus inhærentes nõ facile memoria aboleri possint: si quo semel recens imbuitur odorem seruat testa diu: pro Flacci sentẽtia: quem noster Hieronymus imitatus. Nescio inquit: quo pacto etiam si qua plena sit: tamen eũdem odorẽ lagena seruat: quo dum rudis esset imbuta est. Hinc tu doctus simul & studiosus ac probus euaseris. Post hæc suadeo: vt Ethica: quæ de institutione vitæ & vniuscuiusq3 moribus. Oeconomica de gubernatione familiæ. Politica: de regenda rep. ab Aristotele summo philosopho scripta sunt: legas: ac auidissime amplexeris. Hic est.n. vnus omnium primus ex veterum philosophorum grege: quem Græci et Latini maxime probant: & cæteris anteponunt. Cuius & illa sunt quæ magna vocantur moralia: & exquisitissimi Rhetorici libri: tum ad Nicomacum: tum ad Alexandrum Regẽ. Sequantur et aliorum quoq3 sapientũ dicta: præclara respõsa: salutares monitus: quæ omnia abunde tibi ex Diogenis Laertii patebũt elegantissimis monumentis: quæ de vita & moribus Philosophorũ inscripta sunt. Quorum e numero: opta magis primum quæ a septem Sapientibus: deinde quæ a Socrate parente quodam Philosophorum: mox quæ a Stoicis: Academicis: Peripateticis tradita sunt. Ea enim imprimis plurimum momenti habent. Nam Epicurei: quorum dogma nec vitæ: nec eloquentiæ vlla ex parte conducit: prorsus reiiciendi sunt. Iam vero ex magna laborum copia: qui a Cicerone sunt editi: potissimum de Officiis & Tusculanarum disputationum opus nunq̃ ponatur e manibus: vnde tibi & verborum splendor & exemplorum copia: & præcipua suppeditabitur sentẽtiarum grauitas. Paradoxa deinde sequãtur: quæ interpretantur præter opinionem: & admirabiles sentẽtiæ ex Stoicorum fontibus haustæ. Tum Dyalogi de Amicitia: qui Lælius inscribitur: De senectute: qui Cato maior: Et somnium Scipionis: qui sextus est de republica liber. His tu frequenter intẽde: & cũ semel atq3 iterum legeris: cũ vt penitus animo inhærescãt: & memoria quodã quasi thesauro recõdãtur. Hæc frequẽs tua sit exercitatio: & tẽpus labi nõ patiaris inane cuius solius nostra ẽ possessio.

¶ Pulchra exhortatio.

Quoniã vero bene tecũ agitur: qui & bonũ es sortitus ingeniũ & domi habes vñ discas: quottidie vide: audi. disce aliquid: nec vel dies vnus labatur: quin noui aliquid nãciscaris. Nã vidẽdo: & audiẽdo ipp̃rimis proficies indies magis. Nec.n. frustra Aristote

Secũdum post.

Horatius
Hierony.
Aehtica
Oecono.
Politica

Diogenes
Hiertius

Epicurei
reiiciẽdi
officia Tusculã.q.
Alii Cicer.
libri semper ãplexandi.

les auditum sensum disciplinę vocare solitus est. Si viua vox (vt vulgo dicitur & a plinio secundo probatur) multo afficit magis (vt.F.Quintilianus ait) alit plenius (vt noster Hieronymus) Nescio quid continet magis cuiusdam latentis energiae: & ad doctrinam percipiendam longe cernitur efficacior. ❡ Atq3 aliud est docentis: aliud discentis officium. Illius legenda praeponere: & quae explananda sunt ante oculis & voce percurrere: praemittere nonnulla ad euidentiorem propositorum cognitionem: secare in partes: & eas singulas perspicuis aperire verbis: struem afferre verborũ: quae annotatu digniora sint: singulatim explicare: si qua obiicienda videantur vel dilucida expositione vel congrua quapiam distinctione reserare. ❡ At discentis suum est: audienda studiose praeuidere: attente audire. quae a praecipiente elegantiora traduntur: vel commentariis: vel pugillaribus commẽdare: & cum se ad priuatos penates receperit: saepe & multum eadem meditari: quae ex lectione pulchriora & grauiora visa fuerint: stilo complecti: & cum per occasionem liceat: mandare memoriae: nihil inexploratum relinquere: obscura & ambigua percõtari: ne incognita pro incognitis habeat: ac ne his temere assentiatur: quod sane est & stultitiae signum & inextricabilis erroris seminarium. Vnum si adiecero: statuam huic praeceptioni modum. Scis hominẽ ad capessendam virtutem & scientiam rerum natum: quae res illum vna prae caeteris omnibus distinguit a belluis. Alioquin indoctus homo a picto haud longe distat: & si non intelligit iumento comparatur similis illi factus: & quod Graeci prouerbio vsurpant: inertem comparatur arbori: cum fructum nullum proferat. Discendum est igitur: nec in pueritia modo: sed in omni deinceps aetate: cum nulla sit ad perdiscendum satis. Sed quae paraueris curandũ: ne per incuriam labantur: quando iuxta Poetae vocem. Non minor ẽ virtus: ꝙ quaerere parta tueri. Casus inest illic: hic erit opus artis. Quasi didicisse: vel ingenii: vel cuiusdã felicitatis sit. Parta & cognita tenere humãi studii: & nostrae prorsus industriae. Quid prodest homini: si vel vniuersam longo tempore cognitionem percipiat: si perceptorum exinde per negligentiam: ac per desidiosam obliuionem: detrimentum patiatur. Quod si in Capris atq3 ouibus seruandis: vsq3 adeo magnam diligentiã ponimus: quid nã agendum putamus in his tuendis bonis: quae diuitiarum omniũ superant atq3 antecellunt pretium. Nonne auaros debemus custodes aeris imitari: qui dies noctesq3 anxii arculas perscrutãtur: thesauros solliciti reuisunt: ne quid damni inferatur: & salui sint nummorum loculi. Quod si vel obolus perierit: misere cruciãtur

Aliud docentis aliud legentis officiũ

Attende qui discẽ cupidus es.

Graecum prouerbium.

Parta sũt tuenda.

Auari in quo imitandi.

❡ Quomodo studiosi esse debemus virtutis & doctrinae seruandae.

❡ Nos quoq3 ad virtutis & doctrinae diuitias conseruandas: ita

studiosos esse oportet:vt ne vel paulo quidem momento:ab earũ custodia & quadam veluti parsimonia ociari cõueniat. Nam ita demum bona parauisse iuuat:si eadem perdiu teneantur:& nobis cum ad extremos vitæ terminos perseuerent. Ita laudatur ingenium ad acute excogitandum:docilitas ad facile discẽdum:sed incassum illa p̄fferint:nisi custos diligens adhibeatur memoria rerum partarum thesaurus. Quæ nõ solum iurisconsultis quod uulgo ferunt:sed Oratoribus Philosophis & ingenuarum omnium disciplinarum professoribus necessaria est. Quæ & idcirco studiose & assidue exercenda est:vt noster Plutarchus sapienter admonet:Ita enim vigebit indies magis:nec auferri:nec minui p ætatem poterit. Minuitur namq3:nisi ea exerceas:vt plane scẽcit. M. Cato. Multas tradunt Sapientes eximias preclarasq3 virtutes:ad exercitationem diligentiam perseuerantiam quas miris efferunt laudibus:p quas humanum genus bono℞ omnium suscipit incrementum. Ad intelligendum:atq3 agendum nascimur:quæ luculenta & vera est Aristotelis ac Ciceronis sententia Hinc & philosophiæ duæ sunt partes præcipuæ. Vna: quæ in cognoscendo:altera quæ in agendo versatur. Secundum quam partitionem & duplex vita distinguitur. Ociosa altera:per quam remoti ab humanarum rerum curis:in contemplatiõe versamur: et studio. Altera negociosa:quæ in rerum actione consistit. Nos tũ hanc tum illam uicissi3 amplecti debemus:ut modo studentes modo agẽtes & in ocio cum dignitate & in negocio sine periculo esse possimus. Abiiciẽtes imprimis turpes atq3 obscenas voluptates:que sunt & virtutis calamitas & totius vite pniciosa labes. Nec magna absq3 ratione tradunt vitæ preceptores in eodem regno virtutem & voluptatem cõmorari nõ posse Et quidẽ recte Pythagorea littera biuium illud diuersum quasi ramis distinguitur. vt intelligant omnes duplicẽ proponi viuendi viam: Vnam virtutis:alteram voluptatis:quarum alterutram sectari iu nostra potestate est:vtramq3 nemo possit. Et cum alteram intendere coeperis vix dabitur vnq̃ regrediendi facultas. Bene erit nobis:si a teneris vnguiculis cupidius virtutem arripuerimus: quam si colere tu quoq3 studiose semper fili mi & sine intermissione excere preveris:eris ciuitatis & patriæ decori eris nobis magno ornamento & voluptati:tibi ipsi iucunditati & gloriæ: si tu ipse tibi non desis:deest tibi omnino nichil. Et vt mittam naturæ dotes. dũ patris precepta seruas:magnam in tenella ætate es laudem & gratiam assecutus. Scis te auditum a compluribus Cardinalibus ecclesiæ Romane magnis patribus :amari:& laudatũ sæpius discessisse ab eis. Scis Mãtuano te Principi gratũ ab illustrissimo Calabriæ duce:dignitate ornatũ a Lusitanie Rege magno donatũ munere:& in vite primordio ceptu3 haberi in precio:Perge:effice:labora vt crescat virtus:& elucescat in dies magis, Ita .n.& amaberis simul.& laudabere quottidie magis:&

Custos diligẽs memoria.

Plutarchus

M.Cato.

Cur nati hoĩes

Duæ phiæ ptes

Abiiciendæ voluptates

Pythagorea littera.

Lusitãia.i.portugalia.

fuerit amplioris virtutis: quæ virtutis premia: laus maior. Emulantium contemne inuidiam. Patet semper inuidiæ virtus. Multi & michi quoq; inuiderunt: qui nunc non inuiti honore prosequātur. Inuidere stultorum est: quorum infinitus est numerus: sȝ inuideat quisquis vult tu cura: vt bene agendo: aliorum inuidia tuā vertatur in laudem. Non vulgi rumorem sed solidam amplexare virtutem. Vale: ac macte es probitate & gloria

Finis.

Nicolaus Dathus cum in Lucem prodire hoc opus speraret hos cō dit Versiculos at importuno Correptus fato spe decidit Sed Iam Candide lector et hos quidem et illud in lucem promicans accipe

Dormierat nunc vsq; Dathus reuerentia nati

Protulit in lucem scripta diserta patris.

Hoc decus hec pietas superat benefacta parentis

Nanq; datur natis a patre vita breuis.

At famę tibi causa fui: viteq; perennis

Aeternus per me est nunc tibi par tus honor

Chare pater prorsum nature debita solui

Iam tibi sancte parens debeo iure nichil.


Dicere forte potes: da pignora grata nepotum:

Est tibi perpetuus filius iste liberi

¶ Augustini Dathi Senensis Orationum Liber Quartus continens orationes magis familiares: Fœliciter incipit.

¶ Sequitur breuis annotatio eius solemnitatis: quæ a Senensibus celebrata est in assumptione & coronatione summi Pontificis Pii Secundi: quæ per Franciscū Lutium ordine missa est ad præfatum pontificem Maximum: Sexto Idus Septembris: Anno Salutis. M. CCCC. L VIII.

¶Cum faustus & lætissimus nuncius allatus est: de summi Pontificis Pii Secundi Senensis Assumptione.xiii. Calen. Septembres: Anno ab incarnatione Dominica. M. CCCCLVIII. Hæc prodiit Senensis ciuitas in admirabilis gaudii: & summæ lætitiæ signa.



RIMVM RE cognita: tantum repente ciuiũ animos incessit gaudium: vt et Magistratus omnes & ciues vniuersi: mares ac fœminæ: pusilli cum maioribus: incredibili quodam & raro auditu a sæculis: exultarent gaudio. Ita vt non modo cunctus populus: sed ipsa quoq3 vrbis mœnia atq3 ædificia præ se ferre lætitiæ signa viderentur: velut diuinitus redeunte aureo sæculo: & pacis ac tranquillitatis subito exhortis temporibus. Sed infinitam ciuium iubilationem explicare impossibile & cogitare facillimum sit. Omnia confestim æra & campanæ totius ciuitatis tinnierũt tubarum clangor: tibiarum cõcentus: timpanorũ boatus. cymbalorum sonitus mirus exauditus est. Plausus immensus ipsius populi. voces exultationis personuerunt concinentium & laudãtium deum: gratias autem agentium ob datum optatissimũq3 de cœlo munus. In ore omnium Pius pontifex & pastor sanctissimus versabatur: mox vero magnus Magistratus & Baliæ collegium præcunẽtibus tubicinibus: ac tibicinæ & timpanistæ cumã ingressi sunt: & senatum frequentissimum coegerunt. Vbi summa omnium lætitia annunciata est gloriosissima summi pontificis assumptio: & decreti summi quiq3 honores Atq3 adueniente noctis tempore: omnia vrbis loca luminaribus densis: ignibus: facibus & tedis perlucebant: pergama & excelsæ turres paribus lætis facibus conflagrabant. Modulorum omnium & musicorum concentus maior repetitus est fidibus & cytharis & organis: cãpus & vici totius vrbis circunsonabant. Plausus & cantus vbiq3 exaudiebantur. Quo densiores ignes collucebant loco: ibi non modo puerorum: sed etiam grauioris ætatis hominum tripudia & saltatus agebantur: vt nemo a solutissima lætitia temperaret Omnes præ exultatione & gaudio quodammodo debachari videbantur. Per compita: publica sunt parata conuiuia: & plæriq3 omnes festa fronde & oliua coronati indulgebant Genio: & iubilis & gaudiis profusioribus letabantur. Vna omniũ vox erat Hodie non solum huic populo: sed cunctis Christianorum populis salus facta est. Igneos radios innumeros in cæluũ iaculabantur: pulcherrimum & lætissimum aspectu. Conuocatis vero ciuitatis Magistratibus: propositum est: vt excogitarent: & proferrent omnes: quæ præcipua summæ solemnitatis signa fieri possent: vt nihil omitteretur quod ad festum: & percelebre exultationis indicium vllo pacto pertinere queat.

Gratulatio vetusta.

Aetas aurea

Pius.ii.papa

Debachari.i.bachantium more exultare.

Tum communi consensu: octo viri ciues clarissimi praefecti sunt: qui ad eam rem absolutam haberent potestatem. Fuerunt hi Mãdolus Piccolomineus. Ricciardus Saracenus: Ioães Vngnerii Bichus: Laurentius Gygni: Ioannes Mathei Saluius: Nicolaus Baptistae: Antonius Lucae: Franciscus Lutius. Mirabile dictu: nulla est in tota Italia pene ciuitas. nullus potentatus in quem a Senẽsi republica non exierint eodem die litterae. Quibus iucũdissime tanta optata laeticia & immensi gaudii festiuitas significaretur omnes participes e vestigio facti sunt eius celestis muneris: et cõgratulatio digna adiecta. Postero die qui ei solemnitati praefecti essent: imprimis repentinas ferias statuerunt dierum cõplurium: mira celeritate insignia permulta Piccolomineae domus: ex serico: & pictura in maiore Basilica conlecta pendebant. Consimilia in vmbraculo ornatissimo compluria. Sed vnuz ante alia supra aram ingentis magnitudinis: quod erit tanti tamqz admirabilis de coelo doni veluti perenne monumentum. Mirifico vero & fulgentissimo luxu & apparatu instructo tẽplo: aduocatis vero eodem religionum omnium & cleri vniuersi ordinibus: qua maiore pompa fieri potuit ciuitatis Magistratus nobiles ex Piccolominea gente: quicunqz intra vrbem tum aderant: nonnulli ex Ptolomea collegia omnia: & ciues longo agmine: numerosa comitante populi frequentia: deferentes ramos oliuae: & sertis floribus coronatis ad maiorem Basilicam sunt profecti. Decantata sunt summa totius populi deuotione missarum solemnia. Sacrificia obtulit Ioannes Agazarius Crassetanus pontifex: & omnes vno ore Deum hymnis & canticis laudabant: infra sacrificiorum tempus: orationem luculentam habuit Bartholomeus Beneuolentius vir plane eruditus: atqz eloquens: ecclesiae cathedralis praepositus. Tum tridui supplicationes decretae: atqz actae sunt: dilatae vero in sequentem diem: quo interea ad vrbem commigrarent abbates & religionum patres: qui vndiqz ex Senensi ditione accersebantur. Pompam: apparatum: splendorem: ordinem: frequentissimam cleri & populi concionẽ: vix quisꝙ satis referre possit. Concursantium multitudo nũ ꝓpene eiusmodi in ea ciuitate conspecta est: rerum multarum splendor: nunꝙ apparatus maior. Die feriabantur omnes. Vespere aũt eadem quae supra vel potius maiora indies: & luminarium: & concentuum signa repetebantur. At ignescentium radiorum fragor: & fulgor tum admirari omnes: tum plaudere affatim: ac iucunde cogebat. Edicto autem publico imperatum est omnibus: qui reipublicae Senensium parent: vt eadem pro viribus celebrarent solemnia. Tabellarii ad id nunciandum: iubendumqz mitti continuo ad Senensis ditionis loca dimissi sunt. Ea celebritas ad tempus vsque: & solemne coronationis: protracta est.

Quo die: iussi cuncti artifices: campum: & celebria vrbis loca: singuli pro facultate, nectentes coronas ex

Hic intelige dici Nicolaus Baptistae. & Antonius Lucae per supplemẽtuz vt Hector Andromache sup. vxor & Aeneas Anchisae sup. filius.

Ioannes Agazarius.

Buxo: & festa fronde: & densos spargentes ramos: Edera corimbis lauro vrbem exornarunt: & noui Pastoris tum nomen: tū gloriosa formauere insignia: vt inter coronas & virentes penderent ramos. Ante palatium magni Magistratus ara erecta est: & tū ipsa: tum adiacentia loca ornata auleis cortinis: & splendentibus stragulis excelsa tabulata fabricata sunt altitudine cubitorū circiter octoginta: longitudine cubitorū sexaginta: latitudine quadraginta. Desuper excelsus thronus: omnia nitida veste contecta & caueæ gradatim appositæ. Die igitur coronationis & sacratissimo solemni præsentibus cunctis ciuitatis collegiis: & frequētissimo cuiusq3 ordinis: loci: & sexus inspectante populo: primū insignis Theologus Alexander Bononiensis Prædicatoru3 ordinis professor: concionem habuit elegantissimam: & de summi Pontificatus laudibus copiose & grauiter prædicauit. Interea religionum agmina signo crucis prævio suo quæq3 loco adueniebāt singula repræsentantia varios celites: & Angelorum ordines: imprimis Cherubin: & Seraphin eo nitore: ea pompa: ea proprietate & ornatu: vt omnium aspicientium oculi stupidi tenerentur. Ea vero multitudo numero supra quingentos tabulata instructa conscenderant. Tum imposita ara: cantata sunt missarum solemnia de Spiritu Sancto. Aug. Dathus Senensium Secretarius oratione habuit: cuius exemplum annectitur: anteꝗ attolleretur sacro sāctum Eucharistiæ sacrificium: sublata vela: beatorum domiciliu3 & paradisi sedes: quæ ibidem repræsententur: subito pulcherrimū et præclarissimum spectaculum aperuerunt ab omni musico genere: & vario concentu modulante: vt populi leticia & plausus incredibilis oriretur: ac peractis sacrificiis: mirabili artificio gloriosæ Virginis Assumptio repræsentata est. Et humo aspectantium miraculo: Virginis habitu homo: & qui angelos agebant: assumpti sunt in id cælum: quod manu & opera splendidissime structum erat. Rithmi & numeri ad id compositi canebantur: ac post illam Assumptionem: qui summi pontificis officium agebat: modulis: & senariolis apte & concinne editis per manus gloriosissimæ Virginis coronatus est: atq3 eidē dulcis patria piis vocibus Pio pontifici commendata. Tum dimissus populus. Ac post meridiem: eadem illa agmina: quanto fieri potuit apparatu fulgentia primu3 in curiā: qui est locus habendi Senatus: conuenerūt: tum ordine: et præclaro incessu lustrauere totam vrbem concinnentibus multis: & tubis: & multiplicibus organis personantibus: & hilaris festus: ac letissimus totus ille consumptus est dies. Per crepusculu3 vero eluxerunt: ꝗ antea vnꝗ vehementius Angiporti: Plateæ: vici omnes: campus imprimis: & excelsiora omnia vrbis loca pinacula & turres. Prima die post significationē assumpti Pontificis soluti sunt captiui: & publico carcere emissi tredecim. Mox sequēti dominico rursum vnus: quo die in maiore Basilica magna solēnitas peracta est clero vniuerso eodem accersito: & cunctis mag

Corimbi fructus ederæ.

Aulea tapetia.

Caueæ: sūt amphitheatra.

Aug. Dathus

Senarioli: versus sex pedum

gistratibus accitis ad missarum sacra. Tū die coronationis tertio soluti sunt captiui quinq; pro nonnullis ex his qui asseruabātur in carcere ob æs alienum: quod creditoribus debebant: persoluti sunt ex publico ærario aurei quingēti: aut eo amplius. Fuere omnes qui liberati custodia sunt numero .xviii. vt sicut Augusti mensis .xviii. dedit tantæ leticiæ exordium: ita viginti captiuorū fieret Deo deuota oblatio. Ad hæc fides & libertas statuta est dierū xv: & data omnibus immunitas: qualem municipalia iura in solemnitate Assumptionis Gloriosissimæ Virginis absolute sanxerunt. Ita peracta sunt: & Assumptionis & coronationis solemnia. Sed exultatio: gaudium & animorum lætıcia: crescit: atq; augescit indies. Equestre certamen & lubricum spectaculum propositis præmiis in die .xx. Septembris statutum est.

¶ Sequitur Aug. Dathi Senensis Oratio habita apud magistratus: Clerum & populum Senensem die coronationis Sūmi Pontificis Pii .ii. infra missarū solemnia in campo: pro pergamo .iii. nonas Septembris.

Exordium a lætitia.

E xultet hodie catholica & christiana religio: lætetur mater ecclesia: gaudeat vniuersa fideliū multitudo: vos imprimis lætamini in Christo Iesu magnifici: ac potentes domini: & venerandi patres: exultate viri Senenses profusis gaudiis in insigni die solēnitatis nostræ. Vnde. n. aut rectius aut cōmodius q̄ ab exultatione & gaudio: nostræ sumamus orationis initium.

Narratio

Assumptus nanq; paucis ante diebus ammirabilis præsul noster ad summi pontificii: atq; apostolici sacerdotii dignitatem: hodie stolam gloriæ induitur: ad summū; euehitur decoris fastigium: sacro diademate coronatur. Hodie patres charissimi diuini numinis dispensatione: & Spiritus Sancti gratia sanctorum patrum: & vna omnium fidelium nationum voce: atq; consensu:

Laus Pii .ii. Senensis.

Pius pōtifex huius felicis ciuitatis: & patriæ gloriosus alūnus sacratissimi pontificatus insignibus summi sacerdotii gloria ac splendore decoratur. Qui cū omnia vitæ suæ tempora ab ineūte ætate in præclaris exercitationibus: ingenuis artibus: fructuosis laboribus: gloriosis certaminibus ad augendam catholicæ ecclesiæ: atq; orthodoxæ fidei dignitatem contulerit: ab immortali cælorum principe constitutus est totius christianæ conciliationis gubernator & rector. Ac post magnos labores: post varios casus: post multa multarum rerū discrimina: quæ omnia etiam antehac Pius Aeneas pro ecclesiæ incolumitate constāter salubriterq; perpessus est: ad apostolatus fastigium cælitus inspiratus euasit.

Pius primus qui ante pōtificatū dicebatur Aeneas Siluius

Qui Petri nauiculam in salo fluctuantis pelagi cōstitutam: diuina quadam virtute: sapientia: consilio: & moderatione gubernet. Vere de superno solio consuluit humano generi Deus: qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo: & in terra. Siquidem eum præesse voluit fideliū populis: & christiani nominis professoribus: qui factus dilecti ouilis custos: ac domini

gregis pastor oues suas a luporum omnium defendat insidiis: & vigili custodia gregem omnem incolumem tueatur. Qui dilectus Deo: & hominibus: qui charus cunctis gentibus & principibus christianis: vnum omnium imprimis idoneus statuendus sit qui summam ecclesiæ firmitatem: christianorum populorum concordiam: vnanimitatem: pacem non solum efficiat: sed etiã amirabili virtute: & perpetuam prouidentiam tueatur: & seruet. Qua conciliata haud dubie sperandum sit: ꝙ primum fore vt saua atq; immanis Barbarorum impietas. Quæ tanto furore: atq; insania aduersus Christi nomen debachatur: cedat victoribus christianis: & pro fide certantibus: optatæ victoriæ palmam præbeat. Bene fundata est domus domini supra firmam petram. Quæ optimum assecuta pastorem: nec scissuram patietur: nec vllis aut rerum perturbationibus: aut malignantium insidiis quatiri poterit. Sed nec antiqui hostis teterrimi aduersarii: fallacis insidiatoris parebit fraudibus. Quippe fundata est supra firmam petram. Quæ est autem firma petra: nisi sanctus Pontifex cælesti concilio & diuino oraculo constitutus Pius. ii. qui ad regẽdã fidelem cognitionem non modo maturus ætate dignoscitur: s; etiam sanctimoniæ & virtutis laude præfulgens: scietiæ & doctrinæ gloria præstans: altiore cõsilio ac singulari sapientia ornatus multis ac maximis experimentis eruditus: diligentia & recta cõficiendarum rerum celeritate præclarus qui iam pridem quod in libris Gestorum Senensium me scripsisse memini: sua probitate: consilio: virtute reges complures: principes potentissimos: trãsalpinas per multas atq; Italas ciuitates: exteras nationes: sæpe ad concordiam: & pacem dilexit: res salutaresq́ præclaras admodum pro catholicæ fidei firmitate gessit. Crebris & longis peregrinationibus: sanctis operibus: inauditis quibusdã laboribus et vigiliis: ea semper effecit: quibus tum seruata tum aucta ẽ christiani nominis amplitudo. Quare cum labente post tempore Senensis præsul: & huius ciuitatis & patriæ antistes esset: mira omnium principum & populorum expectatione: ac desiderio a romano tunc pontifice & tunc felicis memoriæ Calisto. iii. qui laudabiliter apostolicæ sedi vtiliterq; præesset presbyter cardinalis declaratus est. Qua ex re: atq; illi delatis honoribus: quantam pleriq; omnes fideles perceperint voluptatem: ob recentem memoriam cunctis exploratum esse arbitror. Nam eam sibi dignitatẽ: et Itali pene omnes: & Transalpini optabant: cum vnus maxime pro fide Christi: virtute: labore: industria: vt pleræq; christianæ nationes ac gentes: & magni reges ac principes: ecclesiam optime tuerentur affecerit. Quibus certe gradibus: ad Apostolatus fastigium ascendit: talis Pontifex: qualem ad Hebræos scribit Apostolus. Sanctus: et innocens: impollutus: a peccatoribus segregatus: quem ob eas causas elegit dominus

Calistus. iii. põtifex summus.

Paulus apostolus


sacerdotem sibi ad sacrificandam hostiam laudis: de quo meri to cantet ecclesia. Ecce Sacerdos magnus: qui in diebus suis placuit deo: & inuentus est iustus. Ideo ad saluandas gentes fecit il lum dominus crescere in plebem suam. Atq3 eidem pro vera di lectione sui gregis: custodiam: & pastoralem curam credidit. Nã et Petro principi Apostolorum dictu3 est. Si diligis me: pasce o ues meas. Nunc Pio .ii. qui vere Christu3 diligit: claues datæ sũt regni celorum: tradita potestas animas ligandi atq3 soluendi: vt quæcunq3 soluerit Pius in terra: sint soluta & in cælo: ligata vero: quæ ille ligauerit. Datus ẽ nobis pastor bonus libera ac no stra & celebri natus patria. Vetusta ac nobilissima Piccolomine orum ortus familia: claris atq3 optimis natus parẽtibus: patre Siluio: Victoria matre. Ea ab ipsis incunabulis modestia & per spicacia et naturali quadam ingenii bonitate præditus: vt sapi entiam et virtutem pene cum lacte nutricis suxisse videretur.

Pius .ii. ex Picolomineoru3 familia.

Quem patris mei memoria: qui splẽdido ornatus ingenio: pro be ingenium hominis atq3 habitum perspexisset: prædixit sæpe audientibus multis: fore hunc nostri seculi clarum sidus: ac ful gentissimum lumen. Quod & factum est. Itaq3 datus est nobis pastor bonus: optatus cunctis gentibus: qui oues dominici gre gis sibi creditas dirigat in viam æternæ salutis: & quæ non sunt ex hoc ouili sua virtute abducat: vt fiat vnum ouile: sicut vnus ẽ pastor: non minus re ꝙ nomine Pius: quod est diuini cultus: & christianæ religionis obseruantissimus. Quẽ hodierno die ma gnificat dominus in conspectu omnium populorum: & tribuit illi coronam gloriæ: vt fungens sacerdotio magno: laudem as sequatur in nomine ipsius: & offerat illi incẽsum dignum in o dorem suauitatis. Feramus igitur signa leticiæ: & cantemus no uum canticum: iubilemus deo in voce exultationis: quoniã de dit pastorem nobis quo hodie suscipiente coronam hæc quoq3 ciuitas & felix patria coronatur. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio altera ad Pium Senensem Summum Pontificem salutandum: totius præclarissi mi Senensis gymnasii vice & nomine.

Exordium admistum excusationi.



Rrogans: atq3 imprudens forsan videri potuis sem diuine Pastor: ac sanctissime pontifex: Si mea sponte coram tam e: celso throno ac glo riosissimo tuæ sanctitatis conspectu loqui fuis sem ausus: præsertim cu3 adessent multi ex hoc præclaro cetu: qui & doctrina & eloquentia præ stant: quarum vtranq3 longe a me alienam esse sentio. Quocirca abhorrebat volũtas imperitiæ conscia: & hãc dicendi prouinciam reformidabat. Ratio suadebat silẽtium: in genii imbecillitas a dicendo non iniuria dehortabatur. Verum Præclarissimi rectoris nostri iussus: horum patrum coegit aucto ritas: vt cum loqui nesciam silere tamẽ absq3 reprehensione nõ

possim. Tuæ sanctitatis fiducia̅ præstabit explorata benignitas Narratio
¶ Clementissimus humani generis conditor ac beneficentissimus deus: qui vt Apostolo testa̅te didicimus: imprimis vult omnes homines saluos fieri: eam humanaru̅ rerum curaʒ gerit: ita cunctorum mortalium vitæ atqʒ actionibus consulit: vt profecto hominum causa et condidisse mundum & regere ineffabili prouidentia videatur. Nam cu̅ cetera a̅mirabili quodam ordine moderatur atqʒ constantia: tu̅ humanis nu̅q̄ rebus defuit: sed summæ semper pietatis inditia prebuit: conditione fragilitatis laba̅te sepenumero orbe̅: nu̅q̄ perire passus est: sed illi misericorditer prospexerit exalto: ac per viscera immensæ charitatis languenti mundo salutaris semper medicamenti remedium attulit. Qui vt veteres et sacræ testantur historiæ: israeliticum populu̅: quem miro quodam complectebatur amore: a magnis persæpe periculis: ab innumeris discriminibus vindicauit. Cu̅qʒ durissima Pharaonis seruitute et intoleranda Aegiptiorum captiuitate premeretur: eduxit illum de terra Aegypti. Percussis primogenitis eius: & cuncta late regione multiplicibus ac grauissimis plagis affecta: populum queʒ diligebat vtrinque cedētibus aquis & per mare rubrum itinere constituto: ex hostium manu ac molestissima seruitute liberauit. Pharaonem cu̅ suo submersit exercitu: plura effecit: q̄ que breui oratione explicari possint. Multifariam si quidem olim deus cum per alios multos: tum per Moisen Israelitici populi ducem ostendit flagrantissimi amoris ac potius pietatis inditia: vt saluum faceret Israelem: quem peculiarem quodammodo populum et acceptabilem diligebat. At nunc ta̅dem diebus his altero quodam fœdissimo sæuiente Pharaone: et cuʒ in genus electum. Regaleqʒ sacerdotium gentem sancta̅ populuʒ acquisitionis fremant barbaræ gentes: infideles populi crudelia ac nefaria moliantur: cum perfidus atqʒ impius Maumetes assiflat numeroso fractus exercitu atqʒ ingenti classe catholicæ fidei pene visceribus inhiet: acriore exardescens odio q̄ quo ductus quondam xerxes Persaru̅ rex Greciam inuasit: cum immaniter illudens christiano nomini congrediatur aduersum Christu̅: & aduersum crucem eius: passim iam barbaroru̅ grassante impietate: et inturbulento ac procelloso mari Petri nauicula periclitante.
¶ En de cælo respexit atqʒ auxilium parauit altissimus fractis rebus labanti seculo dignatus succurrere pastorem delegit fidelium populis: atqʒ eiuscemodi ecclesiæ principem: qui optimus dux vitæ ac verus Iesu christi vicarius omnia salubriter disponat: praua indirecta: aspera redigat in vias planas: flagitiuʒ atqʒ improbitatem cohereceat. Quibus ex rebus haud dubie humanum genus aduersis rebus ac variis calamitatibus premitur. Quod vero pleriqʒ miro exoptant desiderio ru̅ barbarorum sæuitiam: infidelium nationum impietatem ac ferocitatem audaciam contundat: tetram atqʒ agrestem beluam Maumetheʒ potenti dextera

Pharao
Aegyptus
Maumethes
xerxes
Demonstratio

excelsi ac districto Petri gladio subigat: ut noxii serpentis extincto veneno: rugientis Leonis compressa rabie: christianae fidei lumen toto orbe refulgeat: euangelicae veritatis sonus in omnē terram exeat: et in fines orbis terrae verba eorum: qui redemptorem mundi & crucifixum Iesum christū cōfitentur et praedicant. Quā praeclaram & gloriosam victoriam & omniū maxime memorabilem triumphū reseruatum diuinitus tuae beatitudini nō immerito arbitrantur. Laudamus ob eam causam: et glorificamus aeternum principem: quia fecit cū christianis populis misericordiā suam: grates illi immortales persoluimus: qui assumpta tua beatitudine ad sacri pontificatus gloriā: veteris explendi desiderii: optatae victoriae comparandae spem certissimam atq3 indubitatam obtulit. Proinde catholicae ecclesie & apostolicae sedi plurimum gratulamur: cuius dignitas tanti pastoris gubernante prouidentia: sperandum sit: ut a solis ortu usq3 ad occasum splendescat atq3 illustretur decus. Gratulamur huic felicissimae patriae: que tam clarū sydus & fulgentissimū lumē humano generi protulit. Speramus iam sublatis ꝓprimum bellorum incendiis. malorum deletis seminariis virtutem: sapientiam: doctrinā: & omne studiorum genus in summa fore celebritate et gloria. Qui vero tuam sanctitatem presentē intuemur incredibili laeticia: miro atq3 ineffabili exultamus gaudio. Deprecamur vero caeleste numen ut sanctissimum tuae beatitudinis propositum felicibus auspiciis et spiritus sancti gratia prosequatur ad augendam sanctae romane ecclesiae gloriam: ad perficiendam Maumethis extremā cladem: ad praeclaram atq3 immortalem victoriā adipiscendā: ut gloria sit in altissimis deo: et reflorescente quodāmodo aureo saeculo ubiq3 gētium oriatur iusticia & abundantia pacis.

Conclusio. ¶ Postremo supplices tuam adoramus sanctitatem: christi vicarium: summum sacerdotem: pontificem maximū salutamus: ac veneramur: praecipuam testantes huius cetus obedientiam fidem deuotionem & humilem vere seruitutis affectum: Nostra omnia dedimus: non modo externa: sed vitam quoq3 ac spiritum et animorum potestatē. Commendamus nosmetipsos: et huius ciuitatis vniuersum Gymnasium tuae sanctitati: quando sub vmbra alarum eius respirat: protegitur: sortem secundissimam sperat. Cunq3 ex apostolice sedis thesauris ad huius Gymnasii amplitudinem priuilegia quaedā impartiri dignata sit tua sanctitas: grates illi ingētes agimus: & ut eadem nauari iubeat humillimis praecibus obsecramus. Sed ut iā finem dicendi faciam: oramus supplices tuam clementiam: reuerendissimum patrem: nepotem tuae sanctitatis ne desit. Dixi

¶ Aug. Dathi ad Pium. ii. Ciuem Senensem creatum pontificem Maximum ad orandū pro Legato Caesaris Friderici imperatoris oratio. III. cuius perditum est: nec inuenitur initium.

S Acrarum scripturarum doctrina ammirabiliter fulgeat. Agendarum rerũ tum peritia: tum integritas cunctis pene mortalibus nota est. Quae pro seruanda. tuenda: amplificanda catholicae fidei & orthodoxae religionis veritate: ab ineũtis fere etatis tuae annis cognoueris: consultaueris persuaseris: gesseris pclara. atq; salutaria opera: cum apud omnes christianos populos cõperta sunt: tã imprimis apud Germaniae nationes fulgentissimo quodam splendore lucescunt. Omnem nãq; aetatem omnia vitae tuae tempora consumpsisti semper in preclaris operibus laudatissimisq; exercitationibus queadmodum decet christianũ hominem: et eum qui ad decus. qui ad colendam virtutẽ: qui ad hominũ salutem qui ad magnas quasq; & splendidissimas res aptus: natusq; est. Tua nãq; effecit virtus: vt Caesar noster Augustus omnia tibi vni crederet in gloriosissima praeclari imperii amministratiõe tua virtute: tuo diuino vteretur cõsilio. In tuis manibus nõ modo imperii decus non solum tanti principatus: & regnorum gubernatio sed etiã ipsius Caesaris maiestas versabatur. Te auctore: te consiliario res praeclarissimas: res salutares. res christianae & catholicae fidei necessarias conficiebat. Indicant multae ac pene innumerabiles legationes: quas illius nomine per varias mundi regiones ac plagas obisti. Tu illi sponsam et consortem nobilissimã geniali thoro copulasti. Illius vitam salutem dignitatẽ tuebaris. Nec ipse solum serenissimus Augustus: sed omnes germaniae principes & populi incredibili te amore charitate: obseruantia: fide prosequebantur. Tanq̃ praeclarũ sydus & lumen fulgentissimum venerabãtur. Verum cum Caesar ipse Augustus Fridericus regia ortus prosapia: sed multo magis regali ac diuina quadã sapientia: virtute diuino quodã ingenio ammirabili prouidentia: summa moderatione: ineffabilibus rerum omniũ laudibus atq; ornamentis preditus: orbis imperiũ et coronam gloriosissimi regni affecutus esset: id ardenti quodam desiderio cõcupiuit semper: id dies: noctesq; exoptauit: vt diuina prouidentia catholicae ecclesiae preficeretur: quem sui consilii adiutorem & fautorem persplceret: & qui secundũ cor eius barbarorũ sauiciã: turchorũ immanitatẽ: ac ferociam cohercere: & frenare paratus eẽt superbos populos vt per infideliũ domitã rabiẽ: per xpianae fidei augmentũ magna gloria eẽt in sũmo pontifice: & simul in christianissimo imperatore Friderico: gloria & magnum decus super vtrumq; imponeretur: vt ita diuinae pareretur voluntati: quae superbis resistit: humilibus dat gratiam. Nam fremuerunt gentes: populi meditati sunt inania. Astitit impius & fedissimus Maumethes aduersus dominum: & aduersus Christum eius. Sed duo luminaria magna in terris extinguere et superare diaboli tenebras diuina cooperãte virtutae: caelesti disponente prouidẽtia cõstituta sũt: piissimus pon-

Caesar fridericus imperator

tifex:christianissimus imperator:qui nunꝗ pro fide christi: et pro pro orthodoxa religione aduersum Barbaros pugnare cessauit. Hi igitur duces erunt:hi auctores ad delendum infinitatis nequitiam:ad comprimendā barbare gentis immanitatem:quo nichil cogitat frequentius:nichil cupit ardentius:nichil molitur efficacius ille gloriosissimus princeps. Qui cū te habuerit ante hac salutarium operum consiliarium:et executorē:nunc diuinitus affectus est veteris consilii:& sanctissimi propositi adiutorem:et cooperatorem. itaqꝫ cum initio diuinaꝫ tuæ sanctitatis assumptionem intellexisset:supra modū lætatus est:& immortales persoluit cælesti numini grates:qui consulere humanis rebus:et prospicere christianorū:& fidelium populorū saluti dignatus sit: eum deligēdo pastorem:qui ecclesiam sanctam dei:et gregem dominicum Iesum:[illegible]ueatur:salubriterqꝫ custodiat. Quæ eadē cura nostri quoqꝫ Cæsaris animum:mentēqꝫ sollicitat: et in illius sacro pectore insidet:quantū diuina prouidentia:& cælestis benignitas faueat: atqꝫ dirigat:vlcisci christiani nominis contumeliam:ꝗ insolēter crudeliter:nefarie intulit impius:atqꝫ sæuissimus Maumethes. Igitur cæsaris nostri maiestas tuæ beatitudini ex intimo animo gratulatur:sibi in mirum modum gaudet:& gaudet sacrosancte Romanæ ecclesie. & cuncte reipu. christianæ:que pastorem vigilantissimum:summū sacerdotem:rectorem prouidentissimum:verū pōtificem et optimum christi vicarium assecuta est. Letis igitur & exultantibus animis Cæsaris Friderici nomine tuā adoramus sanctitatem:pedes deosculamur sanctissimos: gloriosissimam beatitudinem veneramur: in cūctis spiritualibus ministeriis congruaꝫ obedientiam exhibemus:ꝗ semper Romani imperatores:& christianissimi principes:summis pontificibus et Apostolice sedi exhibere consueuerunt:sed eo pleniorē ac spontaneā magis:quo tuæ beatitudinis animus et Friderici Cæsaris mens indissolubili perfectissimæ charitatis vinculo copulantur:& duorum eadem voluntas.idem desiderium:idem affectus:eadem superandæ infidelitatis cupiditas est. Postremo laudat Cæsar ipse ac vehementer probat sanctissimum tuæ beatitudinis propositum et captūiter et cōstitutam dietam plurimum extollit. Hortatur:orat: obsecrat tuaꝫ beatitudinem:vt gloriosum et preclarum inceptum magno et virili animo prosequatur:pollicetur ac spondet promptissimā volūtatem:omnes imperii vires:et eum fauorē opem atqꝫ præsidium qualia optimum Imperatorem et christianissimū regem:et verum christiani populi dominatorem decet. Rursum salutat tuam beatitudineꝫ ac veneratur:et ineffabili se exultare gaudio profitetur tum propter sanctitatis tuæ assumptionē:tum ob ceptum propositum:deprecaturqꝫ cælorum regem et humanrum rerum ducem: simul atqꝫ cælestium Deū:vt longum æuum tue sanctitati: et maiestati suæ et optatum salutarium consiliorū exitum largiatur:ad tuæ vero beatitudinis consolationē præcipuamqꝫ læticiaꝫ nūtia.

Vngaros gentem nobilissimam:cuius opes:cuius virtutes:et po tentiam non ignoras:ita beniuole ita fideliter ac deuote affectos imperatoriæ maiestati:vt Cesarem Fridericum sua sponte inuita rint:et hoc tantæ molis negotiū simul aggredi sint parati. Quæ res tanto certiorem et gloriosiorem victoriam vobis pollicetur: ac prænunciat. Quod diuino dei & inscrutabili iuditio factum esse nemo dubitare debet:Atq3 omnia secundet is verus princeps qui cuncta gubernat.Veniam peto:si vel longius sum progressus ꝙ me decebat vel si exiliter nimium tuas & Cæsaris laudes incon dita et insulsa oratione perstrinxi Quedā supersunt:que congruo tempore cum tuæ visum fuerit sanctitati explicabo apud tuā bea titudinem:semotis arbitris:sicut rerum ipsarū ratio postulare vi detur.Dixi. Vngari

¶ Augustini Dathi oratio.IIII.habita ab eo summi no mine magistratus in aduentu summi pōtificis Pii.ii.ad Senensem vrbem:ac dulcissimam suam ipsius patriā.

NVlla vis ingenii:nullū eloquentiæ flumen tantū sit sanctissime pontifex:beatissime pater:atq3 cle mētissime pastor:quod immensam populi Senē sis leticiam:et inenarrabile huius dulcissimæ pa triæ gaudium omnino valeat explicare Quæ res vsq3 adeo mee imbecillitati difficilis sit : vt nisi horum amplissimorum patrū et collegarum au ctoritas:atq3 imperium cōpulisset:nullo pacto tam graue dicen di onus susciperem:quod longissime ingenii mei vires:ac faculta tatem antecellit. Exordium

¶ Optata dies aduenit:diu tueri desiderii tem pus impletū est:exultat vniuersus hic populus:lætatur felix nunc hæc ciuitas.iubilat hæc dulcissima patria:incredibili gaudio per funduntur omnium ciuium corda:ipsa pene ædificia ac mænia:si modo loqui possint:ingentis exultationis ac iucunditatis signa referant:conspectu optatissimo tuæ beatissimæ sanctitatis:& eius nimirum pastoris:quem de cælo prouidit altissimus ad salutem: ad quietem:ad tranquillitatem omnium fidelium populorum ad tutelam catholicæ fidei ad augmentum christianæ religionis ad huius dulcissimæ patriæ consolationem felicitatem ac decus Cunq3 tuæ sanctitatis gloriosissima assumptio iucundissimā red diderit hanc patriam:vt ad summum incredibilis gaudii cumu lum accedere nichil posse videretur:hodie tamen ita in immen sum lætatur:vt beatam dicere idcirco debeamus:quod tam opta ti pastoris:et Christi vicarii presentiam assecuta est:vt vere dicere valeamus quia huic ciuitati salus hodie facta est:quippe satiata quod apparuerit tuæ beatitudinis gloria. Nunc igitur huic deuo tissimo populo salus et pax facta est:quia viderunt oculi nostri salutare tuum.Omnes miro desiderii ardore hanc diem faustum et felicem cupiebant:iuuenes et virgines senes cum iunioribus laudant nomen domini:quia exaudiuit deus vocē nostram: qui Narratio

nichil optabamus ardentius: qui tante felicitatis plenitudinem adipisci. Hæc dies est: quam dedit dominus: in qua exultare et letari debemus. Hæc dies est: quæ omnium lætissima & iucūdissima illuxit nobis. Hæc profecto dies est: que lucē huic patriæ clarissimā attulit. itaq3 ob tam ammirabile atq3 ingentissimum benignissimi saluatoris nostri beneficium: qui tam gloriosissimū vicarium in terris constituit: qui illum hodie optanti huic ciuitati obtulit: agimus immortales gratias ac sempiternas: tum ingentes tuæ beatitudini: quæ perfidi: & maligni hostis nequitiam subactura: visitauit tam benigne plebē suam & feruentissimi amoris pignus presentauit. id accedit: tum ad gratiarum cumulum: tum ad inexplicabilis gaudii complementū. Humillimis præcibus ciuitatem rempub. regimen vniuersum: ditionem hanc omnem: quæ in terris: que in mari est: agrum/castella/oppida omnia/populum vniuersum/supplicem hunc magistratum: & ciuium corona3 tuæ beatitudini commendamus. Offerre quæ omni iure dicata ac deuota sunt: tuæ sanctitati superuacuū arbitramur. Sed sicut cordium et animorum voluntates tua possidet beatitudo: ita & has claues ciuitatis deferimus: vt per hæc quoq3 signa viscera ipsa: et intima totius ciuitatis præcordia elucescant: adorantes tuam sanctitatem deuotissime veneramur: orantes/optimu3 cælorum conditorem: vt hoc nobis summum bonum longo temporum curriculo tueatur. Dixi.

¶ Aug. Dathi oratio. V. in aduentu summi pontificis aliquo nomine accolarum loci illius.

S Anctissime pater ac beatissime pastor ad summā immensamq3 leticiam: ad preclaru3 atq3 amplissimum donū: quod dominus ostendit nobis: qui te ad pontificii culmē euexit: ad catholicæ fidei gloriam: et ad christiane religionis stabilitatem immensum hodierna die accessit gaudium: propter optatissimum tue beatitudinis aduentum: qui nostram leticiam: atq3 precipuam animorum iucunditatem cumulatissimam reddit. Qui igitur deuotissimi sumus tuæ sanctitatis filii atq3 eius deditissimi seruitores: summam & diuturnam optamus felicitatē: gratulamur nobis: quod lætissimos reddit tuæ beatitudinis gloriosissimus conspectus: quæcunq3 nobis vel natura vel fortuna largita est tuæ offerimus sanctitati: et nos eidem suppliciter ac deuotissimis precibus commendamus: quibus profecto nichil erit nec gratius: nec iucundius: ꝙ tuæ beatitudinis parere iussibus: atq3 obsequi voluntati. Dixi.

Seruitores

¶ Augustini Dathi oratio. VI. pro oratore principis alicuius: qui summo pōtifici gratulatur ob eius assumptionem et debitam sibi de more exhibet reuerentiam

S Inon me ad hanc dicendi prouinciam is compulisset: cuius iussu venio: et tuam adeo sanctitatē: clamentissime pater: profecto nequaꝙ iusta reprehensione caruissem: cuȝ ea foret eloquentia opus ꝙ in me per exiguam esse sentio. Sed quaeso beatissime pontifex parendi necessitatem non audendi impudentiam in me esse conjecta: quem misit ad tuam sanctitatem. N. princeps tuae beatitudinis deuotissimus filius. Si igitur velim ingentem vel immensam potius explicare animi eius laeticiā: nulla sit facundia satis. nulla vis dicendi abundesuppetere possit. Est enim absqȝ dubitatione maior ꝙ quae vllius oratione valeat enarrari. incredibilem nāqȝ voluptatem suscaepit ob tuae sanctitatis gloriosam assumptionem: quam de regalibus sedibus & de caelesti concilio constituit omnipotens: et clamentissimus totius mundi princeps ac rector: qui tanꝙ sponsus procedens de thalamo suo sponsam ecclasiā optimi pastoris gubernatione ac tutela vult ab omnibus malis ac discriminibus immunem reddit. Cūqȝ ad mundi & mortalium omnium saluteȝ & ad chatolicae fidei robur ac decus: tuam in apostolica sede prefecerit sanctitatem: idem dominus meus illustrissimus & tuae beatitudinis deuotissimus filius: vna cuȝ sui regni colonis: atqȝ subiectis: ineffabilem dei maiestatem copreцatur: vt longa ānnoruȝ curricula: & prosperū tribuat vitae cursum: vt tuae sanctitatis prouidentia: ac diuino consilio catholicae ecclesiae augeatur dignitas et infidelium immanitas superetur. Sed cum omnes christiani populi tanto tamqȝ caelesti laetentur munere: ipse tamē ante omnes ammirabili exultat laeticia: ob veterem charitatem fidem ac reuerentiam. Quippe qui tuae virtutis nomen: et meritorum famam. et summae sapientie gloriā: bene gestarum rerū pro ecclesia sācta dei amplitudinē & copiam preceptoris semper suspexit: atqȝ ammiratus est. Ille tuae beatitudini venerationē debitam & congruam fidem obedientiam ac deuotionem exhibet. Tuaȝ adorat sanctitatem: tanꝙ veruȝ in terris Christi saluatoris vicarium: & successorem Petri: atqȝ ecclesiae principem: seipsum: coronam: & regni vires libenter offert pro firmissimo sanctae Romanae ecclesiae statu & pro tuae exaltatione sanctitatis: seqȝ & suas opes omnes et quascunqȝ assecutus est a deo facultates: cuius vicem geris diligenter suppliciterqȝ commēdat: ac sicut ipse erit promptissimus semp tuae sanctitatis obsequiis: ita in tua beatitudine spem summam constitui: cuius & deosculor pedes sanctissimos eiusdē principis verbis. Dixi. Excusatio.

❡ Augustini Dathi oratio. VII. ad summū pontificem salutandum: et exibendam sibi alicuius reipublicae nomine debitam reuerentiam: in eius assumptione.

Exordium. vehemens

NOn eram nescius pater sanctissime: ac clementissime pōtifex summis q̄buscq̄ laudibus prestare oportere eum: qui coram tue sanctitatis conspectu oratiōnem habiturus esset. Nā cum hinc considero rei: de qua agendum est. magnitudinem ac splendorē: inde eorum: qui nos misserunt tum meritorum amplitudinē: tum ingentem animorū deuotionem: illinc tremendum & gloriosissimuꝫ tue beatitudinis conspectum: statuo me haud quaq̄ satis idoneum ad dicendum esse: in quo nec vlla vis ingenii: nec eloquendi facultas: nec dicēdi consuetudo in esse cernitur. Sed parendi necessitate cōpulsus fretus explorata & singulari vel incredibili potius tue sāctitatis clementia: paucis exponam Senensium mādata: et eius reipublice iussa: que ante alias omnes fide: deuotione: charitate atq̄ obseruantia tue beatitudini affecta est: & apostolice sedis: et throni huius gloriosissimi nomini deuotissima.

Narratio

¶ Igitur nostri Magnifici domini: & viri Senenses: naturali quodā amore & charitate sacrosancte romane ecclesie: & apostolice sedis filii deuotissimi: quibus cuꝫ fortuna omnis sancte matris ecclesie merito debet esse cōmunis: tum propter christiane religionis reuerentiā tum ob mutua & veteris etatis: et nostrorum temporū in alterutrum beneficia: tum ob eam summā pietateꝫ: qua cunctis semper fauoribus sancta romana ecclesia hanc rēpub. prosecuta est: tum ob vicinitatis rationem: que in propinqua summe necessitudinis parte constituitur: eum semper apostolice sedi preesse optauerunt: qui catholice fidei gloriam: romane ecclesie firmitatem christianorum populorū: et omniū fidelium pacem: vnanimitatē concordiam et exaltationē tueretur

Demonstratio

¶ Cum igitur tua beatitudo iampridem abineuntis etatis primordiis ea semper studiose curarit: vigilāter incubuerit: per que orthodoxe fidei augeretur amplitudo: & christiani nominis illustraretur maiestas apud omnes fideles nationes magno studio indeficiente labore assiduis curis: tua sanctitas eiusmodi effecerit opera: per que domita est inimicorum Christi: et persecutorum ecclesie temeritas: atq̄ insania: aucta et amplificata catholice fidei: & christiane religiōis dignitas: ac maiestas statuūt ad solidū ecclesie firmamentū: & ad tuendum romane ecclesie decus atq̄ gloriā: pro ammirabili prouidentia omnipotentem deum: in cuius potestate: et ditione cuncta sunt posita delegisse tuam sanctitatem ad tanti ministerii sacramentum: vt simul tuis amplissimis meritis debita premia preberentur: & consuleretur fideliuꝫ populorū saluti. Qua de re agūt imprimis benignissime creatori gratias: qui adeo salubriter humanis rebus. et oculo ineffabilis benignitas prospexit. Exinde ob felicissimam hanc & gloriosissimā assumptionem inexplicabili quodā exultant: et letantur gaudio tanta populuꝫ Senensem vniuersum: et ciuiū animos incessit iucunditas: vt omnes vno ore: incredili plausu: miram inenarrabilis gaudii suscepe

rint voluptatem ita vt nō modo ciues ipsi: tum vniuersi: sed ipsa quoq; mœnia: & ipsa ciuitatis ædificia ingentia quædam letitiæ et gaudii signa preferre videantur. Vere ob hanc sacri pontificatus assumptionem atq; summi apostolatus dignitatem gaudet nostra respub. que vna pre cæteris omnibus totius Italiæ vrbibus cum sancta romana ecclesia finibus atq; agro propissime iūgitur: sed multo magis artissimo precipuæ charitatis nectitur vinculo. Lætatur vehementer nostra ciuitas: cuius preclara Gymnasia: tua quoq; præclara doctrina: summa eruditio: & salutaris institutio plurimum illustrauit. Exultat imprimis Senensis populus: qui pacem suopte amplexus ingenio videt in Petri sede amatorē tranquillitatis principem pacis sectatorem iustitiæ: atq; omnium bonorum operum imitatorem eius: cuius vicem pro salute fideliū ab tua sanctitate geri instituit. Gloriatur Senensis patria que te prædestinatū tanto ministerio meruit habere doctorem: et perinde atq; vernaculum ciuem in sinum quondam admittere: & suo quodammodo gestare gremio. Itaq; sedulo: & exoptimo animo comprecatur eum: qui tantum vicarium in terris constituit: & pastorum vigilantissimum: et summū sacerdotem: & patrem clementissimū: et verum pōtificem: vt longo æuo et cum magnæ fœlicitatis gloria hoc cæleste munus benignissime tueatur. ¶ Lætis igitur & exultantibus animis Senensis reipub. & illius iucundissimæ patriæ nomine: adoramus tuam sanctitatem: pedes deosculamur sanctissimos: gloriosissimam beatitudinem veneramur: ciuitatem ipsam. et dulcissimam patriam. quæ in solius tuæ sanctitatis confidit clementia: & spem salutis collocauit. Tum ditionem eius omnem/agrum/vrbes/oppida: imprimis libertatē quietem pacem deuotissimis præcibus cōmendamus: & exoptimis animis eandem remp. & patriam iucundissimam: cū omnibus suis opibus: & fortunis deferimus tuæ beatitudinis voluntati atq; obsequiis omni tempore paratissimā: ea semper cogitantem: quæ tuæ sanctitati ac beatitudini grata fore perspiciantur pollicentes eam fidem deuotionem: obedientiam: et amoris sinceritatem: qualis optimos: atq; obsequentissimos filios decet. Cætera quæ nobis cum tua sanctitate conferenda sunt: alio tempore tua beatitudine annuente remotis arbitris explicabimus. Finem nunc faciam dicēdi orans hos patres: et collegas: vt quæ mea imbecillitas prætermisit: pro sua sapientia humaniter expleant. Dixi.

Vernaculus ciuis.

Conclusio

¶ Aug. Dathi oratio. VIII. ad summū pontificem salutandum alicuius nomine ciuitatis: & ad sibi collatorū beneficiorū gratiam peragendā: & cōmendandū statū: atq; salutem reipublicæ

Exordium



Ecebat pater sanctissime ac beatissime pontifex: eum qui corā tremendo tuæ sanctitatis cōspectu orationem foret habiturus: præstare cū cæteris amplissimis laudibus: tum præcipue ammirabili eloquentia & singulari quodam splendore: atq; vbertate dicendi. Sentio meū ingenium huic sublimi: & gloriosissimo mūeri: quod omnino sit impar. Verum coegit Senensis respu. & illius populi summus magistratus: vt & ad tuā me contulerim sanctitatē: & mandato ponā eius nomine. Fretus igitur tua beatitudinis inaudita clemen-

Narratio & demonstratio: tia Senensis populi iussa prosequar. Ac primu3 illius vicem gerens:tuæ sanctitatis ineffabilem gloriam: & apostolici culminis decus quanta possit.pro mei ingenii viribus adoro supplex:et debita veneratiõe cõplector:pedes sanctissimos deoscu atus.Deide vero:quod difficillimu3 vel potius omnino impossibile sit:gratias immortales ac sempiternas tue beatitudinis inenarrabili beneficientiæ:quæ sicut diuina quadam virtute totius sacrosancte romanæ ecclesiæ prouidet : tuetur & auget amplitudinem:exaltat gloriam:firmitatẽ roborat:catholicæ fidei amplificat incrementa:ita Senensem populum & ciuitatẽ:illiusq3 ditionẽ et agrum omnem sua ammirabili prouidentia:virtute benignitate : & amore incredibili ab hostium insidiis:inimicas oppugnationes depulit:libertatem conseruauit:statum erexit: cunctis auxiliis & fauoribus prosecuta est.Id eternum cordibus Senensiũ ciuium:et indelebili memoria beneficium: uel potius beneficiorum cumulus permanebit. De qua re melius est silere ꝙ pauca dicere. Tertio loco iussus sicuti æquu3 est ciuitatem ipsam Senensem sacrosancte romanæ ecclesiæ:& tuæ beatitudinis filiam obseruantissimam ac deuotissimã seruitricem humillimis præcibus:& deuotissima supplicatione cõmendo:simul libertatem eius:statum:regimen vniuersum ciues singulos & magistratus comitatum ac municipia pari ratione cõmendo.Cum certo confidat Senensis respub.omnes fortunas suas:& quæ illius tuentur tranquillitatem et pacem:omnia sola tuæ beatitudinis prouidentia pietate:protectione & charitate gubernari:augeri:ac firmiter conseruari:Quod etiam vt consueta benignitate fiat:omni humilitate et deuotione deprecor ac suppliciter obsecro. Ad hæc vero deferre tuæ sanctitati : quæ sua sunt:id superfluum videatur:& vanum.Habet profecto ciuitatem ipsa3 ciuium animos totius eius populi voluntatem suis semper prompta3 ac paratam Imperiis. Dixi.

Augustini Dathi oratio .VIIII.ad idem.

SI velim sacratissime pontifex ac diuine pastor coram tam excelso throno atq3 augusto beatitudinis tuæ cõspectu:mea sponte verba facere cum : inde conditionis humilitas:hinc fragilitas ingenii iure prohibeat atq3 deterreat : iusta proculdubio reprehensione non caream:cũ presertim nulla sit eloquentia satis:nulla vis dicendi abunde suppetere possit:sed facile me veniam impetraturũ confido quod parendi necessitas ad tam graue onus subeundum compulit:his iubentibus:quorũ voluntati:pro humilitatis munere:parere necesse est. Senensis populi:& senatus mandata expositiuri accessimus:nã vna illa preclara resqub. inter cæteros Italiæ populos sacrosancte Romanæ ecclesiæ: apostolice sedi:ac sanctitatis tuæ nomini deuotissima: sacratissimum saluatoris nostri Iesu Christi vicarium vna præ cæteris maxime veneratur:et colit. Ardenti desiderans desidero ecclesiæ romane eum præesse pastorem qui catholicæ fidei gloriam:& fidelium omniu3 populorum salutem pacem concordiam atq3 firmitatem tueatur. Quamobrem cum ad tanti ministerii sacramentum assumpta3 intelligit diuinæ prouidentie dispensationẽ tuam sanctitatem : mirandum letatur in modum:incredibili exultat gaudio:immensas æterno principi: & vniuer

forũ domino grates persoluit:qui tam salubriter humani generis vti litati atq3 ornamento prospicere dignatus est.Censuit autē pro sum ma huius fide:& in apostolicam dignitatem:ac tue beatitudinis cultu atq3 obseruautia viuæ vocis ora culo:merito gratulanduȝ.Proinde Se nensis populi verbis:& illius præclare reipub.nomine:que non tam vi cinitatis ratione:que propinqua vere amicitiæ ac necessitudinis parte reponitur:ꝙ inconcussa fide:cōmuni fortuna:mutua animorum chari tate:cum romana ecclesia indissolubili fœdere iuncta est. Tuam beati tudinem adoramus:pedes sanctissimos deosculamur:iesu christi vica rium:& super quem edificauit ecclesiam:successorem Petri : & ecclesiæ sancte principem veneramur. Cunq3 spem precipuam salutis & pacis: semper in apostolica sede:et qui illi preest immutabili proposito con stituerit ciuitatem ipsam Senensem quam tua dudū doctrina:atq3 in stitutio illustrauit:ꝙ tua pietas miro semper amore complexa est: om ni studio:humili prece ac supplice voce cōmendamus: quatenus statuȝ eius semper incolumen:et pacem quā sequuntur:qui ex deo sunt:& ea semper ciuitas studiose complectitur firmissimam tuearis.Vt cum pa cem semper a primæ ætatis temporibus adamaueris:pacem cunctis fi delibus suaseris viā pacis docueris:nunc tandem cū vicem geras eius qui gratis amator est:& pacis auctor:vbiq3 gentium vigeat summa tran quillitas.iusticia floreat:& qualis fuit in diebus saluatoris abundan tia pacis.Postremo eadem beatitudini tuæ deditissima ac vere deuota respublica:que in sinum admitti tuæ pietatis exoptat:& sese & fortu nas ac facultates suas omnes hilare ac libenter defert:& tuæ sanctita tis paratam obsequiis:& omnibus certe alacrem iussibus.Fidem exhi bet obedientiam præstat amoris sinceritatem.et congruam deuotio nem pollicetur:nec quouis tempore cultum vere amantis populi præ stare desinet:& intimæ filiationis affectum:Deprecans eū qui tam beni gnum puæcipuum donum contulit : vt ꝙ longissimo æuo cum sancte ecclesiæ incolumitate & gloria:tam optatum:tam diuinum pastorem: et quasi quendam bonorum auctorem omnium tueri dignetur.Sed ne mo satis explicare possit.quæ abunde nobis iniuncta sunt.At quæ mi nus copiose sunt dicta: partim credimus tuæ sanctitati non obscura partim horum patrum:& collegarum supplebit prudentia. Ac nonul la:quæ præterea subnectenda sunt:dabit (vt speramus) tua clementia alium enerrandi locum. Dixi.

Prospicio.i. p uideo.

¶ Aug.Dathi oratio.x.vice illius:qui summo pontifici : de eius assumptione gratulatur ac suam domum : & familiam commendat suæ beatitudini.

NVlla vis ingenii tanta est:nedū imbecillitas mea:san ctissime atq3 clementissime pontifex que suis viribus valeat explicare:ꝙ inenarrabili animus meus exultet gaudio:ob tuam sacratissimam assumptionem:ad hu ius Apostolici culminis dignitatē Ea res verā summāq3 læticiam peperit:cum propter vniuersalis ecclesiæ. & christiani populi salutem:tum propter fœlicis patriæ gloriam:tum ob eam singularem inauditamq3 meam erga sanctitatem tuam deuotionem ac fidem.

Deprecor mundi rectorem: vt hanc tã diu optatam fælicitatem longo æuo tueatur: & seruet. Cumq3. N. familia multis de causis sit tuæ sanctitati deuotissima: & ex ea Petrus Ioannis optimus pater meus: & liberi eius omnes feruentissimo quodam affecti seruitutis vinculo: commendo omnes tuæ beatitudini in mirum modum: vtpote eos qui omni tẽpore parati sint tuæ sanctitatis obtemperare iussibus: Dixi.

Petrus Ioannis

¶ Augustini Datbi Oratio .xi. ac veluti exordium quoddam: quando rei alicuius publicæ orator secreto loco: & abditis penetralibus summo Pontifici arcana mandata euoluit: & explicat.

Pulchra excusatio.

SOlet plærunq3 orandi prouincia. pater clementissime: vnice in terris Iesu Christi vicarie: quæ a nonnullis grauiori ætati propter auctoritatem tribuitur: dari potius natu minoribus: quibus maxime dicendi exercitatio cõgruere existimatur: qua mẽte nos quoq3 ducti: ornatissimo collega: & iuris consulto: in quo ea foret ætatis ratio: sed par quibusq3 natu maximis doctrina & laus orandi munus fuerat demandatum. Is ꝙ ꝙ opinor: longe fecisset satis: eloquar ipse nunc potius: ne maiorum volũtati obtrectare videar. Sed eo tamen fœdere: vt copiosius: & splendidius augeat pro sua facultate quæ ipse obtemperandi gratia perstringam paucis. Cætera quæ & multa: & varia a plærisq3 amplificationis gratia: potius ꝙ necessitatis ratione afferri solent: in tanto rerum grauissimarum pondere missa faciemus: et missi a Senensi populo: apostolicæ sedis: & tuæ beatitudinis deuotissimo: eius reipublicæ iussa breui oratione prosequemur. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio .xii. quum mortui Cardinalis roseus galerus: atq3 argenteum tintinnabulum de more: summo Pontifici referuntur:



Card. albiēsis

QVod sine summo dolore: sine gemitu: & lachrymis referre nõ possum pater sanctissime cum placuerit ei: in cuius ditione cælestia: & humana cuncta sunt posita: euocare de carnis ergastulo fœlicis recordationis dominum reuerendissimum N. Albiensem: qui ab apostolica sede pro summa integritate: doctrina et amplissimæ virtutis splendore: ad sanctorum patrum sacrum collegium euectus & dignitatem: pro sanctæ romanæ ecclesiæ: pro catholicæ fidei conseruatione: pro christianæ religionis gloria: feruentissimo semper ardore laborauit. Fidei decus saluti: & vitæ anteferre paratus: hæc sacra insignia: & veluti lugubres tanti patris reliquias. vnde benigne collata sunt: ad apostolicam sedem: & tuam refero sanctitatem Quod & ius mosq3 vetus postulat: & ille piissimus pater pie quoq3 edixit moriens. Quare pater beatissime dignare clementer suscipere: quæ pater ille magnus tenuit: & præclare gessit: cũ sanctæ ecclesiæ: atq3 apostolicæ sedis ornamento: & cũ summa illustratione virtutis. Simul memoriam tantorum meritorum pia celebratione: & immortali prosequi laude. En roseus galerus: en argenteum tintinnabulum pater sanctissime. quæ ipsa deflent illius dulcissimi patris orbitatẽ: qui relictis humanis rebus ad eum migrasse putandus est: in quẽ ille viuens in terris firmiter sperauit: & credidit. Dixi

Roseus galerus

¶ Augustini Dathi Oratatio.xiii.ac sermo familiaris pro oratore: ad pontificem Maximum inuitan dum ad suauissimam visendam patriam.

I Ntelligunt:beatissime pater:Senenses ciues tuã sanctitatẽ vnicũ profugiũ:vberrimũ ac suauissimum pabulũ:patriæ firmum columem:vbi spes tota patriæ sita est. Intelligunt proprium esse filiorum:qui veri sunt filii summam in optimo patre habere fiduciam:proprium indulgentissimi parentis annuere filiorumvotis bene sibi complacere:optata gratificari. Intelligunt tuam sanctitatẽ post pastoralis curæ regimen:nihil cupere magis:ꝙ prodesse patriæ:augere illam c nctis commodis:summis mactare honoribus. Hac igitur spe adducti:& commoti fiducia enixius tuam beatitudinem deprecãtur:vt post illa fomenta:quæ iam alias dicta sunt:saltem pro æstiuo:& flagrantiore anni tempore venire dignetur ad se colligẽdam: ac retractandam:ad reuisendam:ad viuificandam:erigendam:glorificandam dulcissimam patriam:ad consolandos atq; oblectandos dilectissimos filios:deniq; ad perficiendam redemptionem plæbis suæ. Nam patriæ assidua:& clara illa vox est. Firmamentum meum & refugium meũ es tu. Quis locus iucundior. Quæ regio gratior. Nusꝙ profecto inueniri possit:aut cæli clementia:aut alimentorum vbertas: aut rerum omnium comoditas maior. Taceo præcipuam in apostolicam sedem:& in tuam beatitudinem reuerentiam:fidem ac venerationem in omnes reuerendissimos cardinales summam deuotionem:in Curiales cunctos beniuolentiam:& singularem charitatẽ. Illud vere dici possit. Iuuenes et virgines:senes cum iunioribus:& ipsi pene lactẽtes pueri: & clamãt omnes:& tuæ beatitudinis optant ac præstolantur aduentum: ipsa deniq; vocant patriæ mœnia. Quare humili supplicatione hanc vnam p̄cipue visitationem patriæ illi deuotissimi filii ac seruitores precantur. Quam ipsam cum cuperent:& postulare cum vellent:dubitabãt:ne age re cupidius viderentur. Sed postmodũ proposito:& audito vrbis egressu:continuo oratorem creauere:& maiore fiducia supplicare sunt ausi: et ita orant omnibus precibus. Hoc erit amplissimum:hoc summũ:hoc immortale habebunt beneficium. Quod etiam flexis genibus tuã beatitudinem deprecantur. Hæc est Senensium mens:hæc voluntas:hoc flagrantissimum desiderium:quod verbis implere nemo possit. Sed quæ promittentium voluntate plura dicenda erant: tua beatitudo ammirabili sapientia sua sponte coniectat. Dixi.

Mactio as magis augeo

¶ Aug.Dathi Oratio.xiiii. Pro eo qui vna cum patre Romam petit summum pontificem aditurus.

q Vum nichil sit optatius nobis:nichil gratius ꝙ præsentẽ tuam beatitudinem intueri Sacratissime Pontifex ac diuine pastor idcirco ad tue sanctitatis conspectum vna cũ patre iucundissimo libuit vrbem Romam visere:& quod vrbe longe præstabilius est:aspectare tuam beatitudinem:idest diuinum in terris numen summum Sacerdotem æterni Principis ac Saluatoris Iesu Christi Vicarium:nationum omnium fidelium vnicum profugiũ & christiani nominis clarissimum sydus dulcissimæ patriæ Senensis fulgentissimũ

lumen: Cuius beatitudinem intueri sũma fœlicitas & animorũ nostrorum incredibilis voluptas est. Veneramur igitur tuam sanctitatem. & illam flexis genibus adoramus: pedes deosculamur sanctissimos mira cum iucũditate atq; inefabili lætitia. Verũ ne longior oratio molesta sit genitore & meipsum ac domum vniuersã: quæ in sola tuæ beatitudinis clementia confidit: & spem omnem collocauit: humilimis precibus ac supplice voce & obsecratiõe commendamus: deum deprecãtes vt cum vitæ longitudine tuam sanctitatem fœlicissime tueatur.

Genitor

Dixi.

Augustini Dathi Oratio.xv: Ad habẽdam gratiam: vel agendam potius summo Pontifici.

P Erspecta pater sanctissime accepti muneris magnitudine & beatitudinis tuæ summa pietate: ac magnificentia: quæ tam benigne donum amplissimum cõferre dignata ẽ: nũq̃ satis dignas: mea imbecillitas possit vel agere: vel referre gratias Iure tuo igitur ac merito fateor: tue me sanctitati mea debere omnia: ne ingratus: ne tant accepti beneficii immemor possim existimari: si minus egerim: retulerimq;: certe habiturus sum immortales tuæ beatitudini ac sẽpiternas grates: sperans Christi Vicarium Christi sectaturũ vestigia: que non verborum vendicationem: aut humanarum facultatum munera: quibus ipse non eget: sed scrutans corda fidei sinceritatem: & optimam mentem: atq; animi arcana metitur: ac respicit Illum igitur suplex oro: qui nõsupa solũ & cœlestia: sed mortalia quoq;: ac terrestria curat: vt & debita rependat præmia: & michi si ita postulare fas est: referendæ gratiæ tribuat facultatẽ. Ego dum spiritus hos sustinebit artus quantum natura quantum fortuna: quatum diuina gratia dederit veri ac deuotissimi clientis officio nunq̃ deero.

Grates Cic. vi. de rep. Grates ago tibi sum me sol.

Dixi.

Augustini Dathi Oratio.xvi. Ad commendandum aliquem summo pontifici: siue seipsum potius.

I Ampridem exardescebat animus: tuã adire sanctitatem: cuius conspectu & optata presentia me quodãmodo beatum fore putabam. Nũc pater sanctissime mira exorta lætitia est facto michi voti cõpoti. Ago immortali Deo gratias cuius vicem gerit tua sanctitas: qui tam optati boni me participẽ facere dignatus est. Et quoniam supplices suos ac deuotissime confidentes benigne suscepit tua clementia: N. domum illi supliciter cõmendo & humillimis precibus: precipue vero fratres meos: & meam familiam vniuersam: quæ spem suam omnem in tua sanctitate locauit. Nec puto ab re & amoris studiis alienum: vt me ipsum tanto cõmendem diligẽtius: quanto ob professionis meæ: rationẽ opis tuæ sactitatis indigeo magis. Qui deditus iam plures annos Pontificio iuri quantum ingenii fragilitas passa est: in eo feruentiorem operam consumpsit. Sed vere dicitur: Haud facile emergunt: quorum virtutibus obstat Res angusta domi. Fretus tuæ beatitudinis patrocinio hec studia capessere institui: vt tanto minus indigne me ministrum Christi parem: quanto ecclesiasti

Postulãdi modus.

ci iuris noticia & tuæ sāctitatis fultus presidio rē fortasse supra tenues vires meas conarer attingere. Que spes sola in tua sanctitate constituta: vt id auderez effecit. Ea igitur ne me frustretur spes: tuam suppliciter clementiam deprecor presertim cum sim adhuc & primus & solus qui ex tota. N. domo: qui ausim fiducialiter postulare. Neque.n. quisq̄ ex ea a tua sanctitate quippiam assecutus est. Sed fortasse apertū nobis non est: quia nemo pulsauit. Demum assequendæ doctrinæ sum vtique cupidissimus: libri desunt: facultates male suppetūt: tuæ me sanctitati deuotissimum seruulum deuotissime cōmendo.

Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio.xvii. Pro eo qui se cōmendat Pōtifici propter pauperiem.



Clementissime pastor: cum spes mea omnis in tuæ sanctitatis clementia sita sit cum exoptem inchoata perficere studia cum difficulter emergere possim: cuius voluntati & desiderio obstat res angusta domi: inops & pauper ab ineunte ætate: commendo me humillimis præcibus tuæ sanctitati: & eā oro: vt per viscera misericordiæ & pietatis: me dignetur deuotissimuz seruulum commendatum habere.

Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio.xviii. Ad agendam Pontifici grām



Amplissimi beneficii magnitudo pater sanctissimæ merito viri eloquentissimi oratione egebat: qui dignas ac meritas tuæ beatitudini grates persolueret: Ego vero quia tuæ sanctitatis clementia maximis sum honoribus decoratus: nō ꝓ vllis meritis: sed pro sola tua beneficētia atq3 inefabili benignitate cum nequeaz pro tanto munere vllam rependere gratiam: oro suplex diuinam bonitatem vt retribuat ꝓ me & dignum premium: & eam michi tribuat facultatem: vt bene agēdo ac fideliter seruiendo tuæ sanctitati videar non ingratus: nec tanti honoris ac beneficii immemor. Tuæ autem beatitudini vitam meam omnē & fortunas meas & quicquid a Deo tributum est me debere profiteor. Itaq3 vitæ nec sanguini parcam: dum paream: atq3 obtemperem tuæ sanctitatis iussibus.

Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio xviiii. In salutatione Pontificis

xpletur ingenti atq3 incredibili gaudio animus diuine
e Pontifex: dum tuam optatissimam intueor sanctitatem
. Quam quidem ardenter visere coram & adorare cupiebam. Cuius adepti voti gratia & æterno Principi grates summas ago: & tuæ Beatitudini: que me audiendo Tam benigno dignatur munere. Illi igitur imprimis me supplici voce ac ac sūma humilitate commendo

Et vt me seruum fidissimuz habere prosequatur: deuotissimis precibus tuam deprecor sanctitatem: cuius parere aueo sanctissimis iussibus: & ei me etiam atqz etiam commendo. Dixi.

Augustini Dathi oratio.xx.ad idem.

H Ic est ille michi fœlix & vere beatus dies / sacratissimæ pōtifex ac diuine pastor in quo diuinitus data facultas est: tuam adire sanctitatez: & beatissimos eius pedes deo sculari. Exultauit animus: vt videret diem hunc: vidit et inenarrabili lætatur gaudio. Dedo me & vitam omnem tuæ sanctitati genibus flexis & supplice voce commendo. Dies oro & noctes omnipotentem cœlorum principem: vt summuz hoc bonum æuo diuturno ac longissimo tueatur. Dixi.

Augustini Dathi oratio.xxi.ad cardinalem salutanduz

I Uuat intueri præsentem tuam sanctam dignitatem Antistes inclite: cuius tā multa extant pro christiana repub. & recte factaet preclara gesta. Cuius & fuit ante a salutaris protectio: & nunc gloriosus reditus. Quez natum intelligimus ad ciues iuuandos: ad patriam amplificandā ad tuendum vniuersum fidelium genus: ad prodessenduz omnibus. Deum quæso vt longe nobiscuz: & glorioso in terris æuo fruare: serus tandem ac beatus venturus in celum. Si obsecro pius vsqz ac fœlix nobis: patrem suscipe: & me: qua soles charitate cōplectere: ac neutrum vnqꝫ tua gratia deserat. Dixi.

Prodessendum.

Augustini Dathi oratio.xxii.in aduentu cardinalis: siue episcopi in suam dyocesim nomine cleri.

Exordium.



Equum erat reuerendissime in christo pater & domine hominē maiore facundia et doctrina praditum: in tuæ dominationis conspectu sermonē facere. Sed nō impudenti ausu: at obediendi potius voluntate: quod a clero & venerabilibus patribus huius diocesis & Senensis ditionis imperatū est: breui oratione expediaz. Naz omnes miram læticiā & incredibile gaudiū suscepimus ob tue dominationis assumptionem: e adeptionem Aretini pontificatus: certi eum ad tanti præsulatus sublimatū culmen: qui consilio: virtute: moderatione: sanctissimo verbo: deniqz & exemplo commissum populum regat: & sui gregis oues in viam salutis & recte atqz orthodoxæ religionis institutionem dirigat: atqz compellat. Bene igitur & congruenter exultamus tuæ dominationis ascensu. Nā bonum opus episcopatus est Paulo teste doctore gentium. Et nunc hominem irreprehensibilem dedit nobis gloriosus deus: quem precamur deuotissimis precibus: vt tuam dominationē cunctis semper honoribus prosequatur: vt tanto pastore duce perficere possimus sancta ecclesiæ ministeria: ad diuinæ maiestatis gloriaz: salutem animarum & fidei feruorē et ad veram in Christi charitate vnionem atqz concordiā. Freti autez tuæ dominationis summa benignitate vniuersum hunc clerum Senensis ditionis ac tue dyocesis. qui deuotionem debitam exhibiturus accessit: humili supplicatione tuæ dignationi cōmendamus. vt eum suscipiat: instruat: foueat ac benignissime tueatur. Qui se omni tempore

Narratio,

Bonū opus episcopatus.

deditissimum tuae dominationi pollicetur: offerens optimam volunta tem: promptissimamq obedientiam: & summam deuotionem atq fidem et quascunq pro tua clementia possidet facultates: paratus non modo momentaneas diuitias: sed vitam profundere & sanguinem: dum tuae dominationis obsequatur imperiis. Sed hi patres mei & venerandi sacerdotes defectus meos omnes pro sua sapiētia cumulate supplebunt Dixi.

¶ Aug. Dathi oratio. xxii. in visitatione cardinalis

Iuuat intueri praesentem tuam sanctam dignitatem antistes inclyte. Quae firmiter stabilit ecclesiam: patriā iuuat: fert cunctis opem fidelibus: prodest omnibus. Si quaeso longeuus in terris Pius semper ac faelix nobis. Cuius vita illustrat ecclesiam: fideliuq populorum salutem tuetur: affert nobis voluptatē & decus. Dixi.

¶ Augu. Dathi oratio. xxiiii. ad salutandū cardinalem.

Salue magnum decus ecclesiae vnicum praesidium: & fulgidum patriae lumen: cuius cum fuerit pro christiana republica salutaris profectio: gloriosus reditus. Sit quesumus perpetuo faelix atq incolumis: cuius vita saluti cunctis fidelibus nobis praesentia incredibili voluptati & gaudio. Dixi.

¶ Augustini dathi oratio. xxv. ad agendam gratiam cardinali vel episcopo.


Magne pater ac reuerende domine in sacra huius diei solennitate in tuo venerando conspectu in praeclara conuiuarum corona in summa ac lautissima epularum largitate damus gloriam deo: diuum Bernardinuq glorificamus. Tuae benignitati gratias ingentes agimus: & vt sis perpetuo faelix: & in ecclesia maior deuq omnipotentem deprecamur. Qui nostri omnium laeticiam augeat Dixi.

¶ Augustini Dathi oratio. xxvi. pro eo qui publico nomine defert munera cardinali.

Reuerendissime in christo pater & domine magnifici & excelsi domini Senenses filii obsequentissimi tuae reuerendissimae dominationis: qui plurimum gauisi sunt eius aduentu ad eorum loca: et vehementer desiderant prosperam incolumitatem tuae reuerendissimae dominationis: ad indicandam ex aliqua parte suam erga illam maximam deuotionem ac fidem filiali quadam fiducia visitant tuam clementiam. & illi tenue ac pusillum offerunt munus: orantes humiliter vt non rei paruitatem: sed eorum voluntatem & dispositionem animorum consideret: et demum se & totam ciuitatem tuae reuerendissimae dominationi commendant: tanq̄ precipuo patri: & optimo illius ciuitatis defensori ac benefactori. Dixi.

¶ Augustini Dathi oratio. xxvii. Quam ipse habuit: quando ab expeditione Turcorum redeuntem cardinalem diui angeli. Senenses domini visitarunt

Exordium



Equum erat reuerendissime in christo pater & domine, hominem doctrina atq; auctoritate præstantem in tam præclaro conspectu sermonem facere. Cogor tamen horum magnificorū magistratuū parere voluntati: ac iussibus temperare. Præmittam ipse pauca. Eorum singularis prudentia atq; humanitas omissa supplebit. ¶ Lætatur hæc ciuitas vniuersa reuerēdissime domine cunctus Senensis populus: & hii imprimis magnifici dñi magnis exultāt gaudiis: tuæ reuerendissimæ dñationis ex longinquis regionibus reditu ad hanc ciuitatē aduentu optatissimo eiusdem ac per iucundo conspectu. Cum illum præsentem intueantur sacerdotem magnum ac reuerendissimum patrem: cuius summā beniuolentiā, paternam charitatem maximam erga hanc remp. beneficentiam sunt experti. Cuius & multa variis temporibus: & amplissima in hanc ciuitatem extant beneficia. In cuius patrocinio ac benigna ope spem summā & indubitatem fiduciam habere debemus. Ingens vero est hæc lætitia ob sacrosanctæ romane ecclesie atq; apostolice sedis reuerentiam: quā precipuam semper hæc ciuitas præstitit: ob summi pontificis & clementissimi pastoris sanctitatē: quæ est fidelium omniū populorum tutissimū profugium: & huius patriæ fulgentissimum ac splendidissimum lumen: ob eam fidem ac deuotionem. quam tuæ reuerendissimæ dominationi pro rebus bene gestis ad augmentum catholicæ fidei: pro admirabilibus virtutibus: pro amplissimis meritis exhibemus. Quāq intelligūt minime opus esse: commendant tamen hi magnifici domini: qui dilectos se atq; obsequentissimos filios arbitrantur: tuæ reuerēdissimæ dominationi ciuitatem, regimen eius ac populū vniuersum deuotissimis præcibus tanq optimo ac beneficentissimo patri. Eidēq; offerunt tum remp. ipsam, tum opes fortunas & facultates eius omnes quibus pro suo iure tua reuerendissima dominatio fidenter vtatur. Cupiunt enim præstare omnibus in rebus tuæ. R. dominationi & sinceram fidem & deuotissimorum animorum affectum. Postremo suppliciter tuam deprecantur clementiam: vt cum ad gloriosissimum ac beatissimum sanctissimi domini nostri conspectū se contulerit: dignetur pro sua ingenti benignitate hanc patriam illius beatitudini efficaciter commendare: vnde nōmodo huius ciuitatis salus ac firmamentum: sed etiam totius christiane fidei & catholice religionis gloria pendet. Quod ipsā tamen proculdubio tuam. R. dominationem sua sponte facturam confidunt. Quod vero ad condignam receptionem prætermissum est: rogant supplices tuam. R. dominationem: vt habita tēporis ratione cōsideret: ac dimetiatur: sinceram fidem atq; optimā voluntatem. Ac si quid in salutatione debita vel sero vel intempestiue atq; incōmode factum est: humiliter veniam deposcunt: & rursum se tuæ reuerendissimæ dominationi commendant. Iam horum magnificorum dñorum sapientia & benignitas sicut predictum est: & deficientiam meam supplebit si modo placuerit: & emendabit errata. Dixi.

Narratio

Conclusio

¶ Augu. Dathi Oratio: xxviii: Ad cardinalem in discessu ab eo:

GRatus fuerat conspectus.T.R.dominationis: queadmodum paulo ante expositum erat:nunc cũ gratissima visione: iucundissima est benigna respõsio. Agunt ob vtrãq3 causam hi magnifici domini:& habent ingentes gratias. Verũ quod tam humiliter de se tua affeuerat.R.dominatio.nullo pacto putant conuenire: cũ habeat hæc ciuitas tuam.R.dominationem sicut prædictum: patrem præcipuum,defensorem libertatis,& benefactorem post summum pontificem omnium primũ.Confidunt præterea intercessionem tuæ clemẽtiæ apud eius sanctitatem plurimum profuturam.Iterum se & ciuitatẽ tuæ reuerendissimæ dominationi commendant. Dixi

¶ Augustini Dathi oratio.xxix.qua cardinali cuipiam de eius assumptione quis plurimum gratulatur.Hanc orationẽ filii nepos Hieronymus Dathus in adolescentia elegantissime habuit romæ in assumptione Io.Lopes cardinalis Capuani magna admirantium primatum astante corona.

Proloquium haud illepidum

NVlla vis ingenii:nullius eloquẽtiæ copia:nullius ornatissimæ orationis splendor valeat explicare quanto nunc gaudio,& admirabili lætitia exultet animus reuerendissime in christo pater & domine ob tuam assumptionem atq3 fœlicitatẽ. Video namq3 ad magne gloriæ prouectum fastigium:quem amo:quẽ colo:quem admiror,ac veneror:quem tantæ virtutis splendore fulgere: quem iecisse omnium laudatissimarũ rerum fundamenta iampridem omnibus compertum esse debet. Quem futurum amplissimũ sacrosancte romanæ ecclesiæ decus:& sydus quoddã luculentissimum:quiquidẽ te nouerit dubitare nemo possit. Meritis præmiis debitis honoribus tuæ.R.dominationis virtus decorata est. Nunc facilius pro bitatis tuæ laus elucescet. nunc prudentia:nunc bonitas,& religionis christianæ flagrantissimus illustrabitur amor:quibus plane rebus floruisti semper:& te præditum esse perspicuis documentis præstitisti. Ago igitur immortali deo grates quascunq3 mea imbecillitas ac tenella ætas potest :qui summoru3 omnium bonorum auctor,tanti me nũc voti fecit compotem: & quo deadipiscendi cupiditate animus conflagrabat cumulatissime tandẽ impartitus est.

Narratio

¶ Magna est:vel immensa potius omnipotentis dei bonitas ineffabilis diuinæ prouidentie gratia:quæ dum ecclesie firmitati cõsuluit:solidi cardinis adiecto robore animũ meũ simul expleuit iucunditate & gaudio. Itaq3 tuæ fœlicitati plurimum gratulor. Fœlix autem tua putanda natio est:quæ tãti domini splendescit amplitudine. Fœlix profecto ac beata ista natio:quæ optimi patris & reuerendissimi cardinalis eminet:ac refulget gloria.& nunc potissimũ tue reuereñ. dñatio nis exaltatione & nomine. Ea tam præcipua dona:vt seruentur catholicæ ecclesiæ:cũctis oro,atq3 obsecro precibus: & vt indies tuæ.R.dñationis extollat decus:ac fœlicitatẽ tueatur:supplex deprecor æterni principis maiestatẽ. Nichil est quod dignũ tantis meritis aut polliceri:aut deferre valeam

Conclusio

¶ Habebit me certe tua:R.dñatio animum ipsum fortunas:ac quãuis tenues facultates tuis semper in promptu iussibus:vitam ipsam & sanguinem tuæ semper voluntati deuotum. Nam quod in me est tuæ reuerendissimæ dominationi fidem,obseruantiam,atq3 deuotionem industriamq3 polliceor:& meæ omne tempus ætatis.

Dixi.

¶ Augustini Dathi oratio.xxx.responsiua nomine Cardinalis.

A Vdiuimus tuam luculentam atq; ornatissimam orationem: Ea admodum oblectati sumus. Qui autem fidē tuā & charitatem cognouimus: nō dubitamus de iis honoribus quos nobis deus non pro vllis meritis: sed pro sua prouidentia dare dignatus est. magnam suscipere voluptatem : & oblationes fieri ab optimo animo: eas nos libenter accipimus : & tibi agimus gratiam : vicissim prompti semper ad tuā vtilitatem: & ad comodum paratissimi: Dixi.

¶ Augustini Dathi oratio xxxi. ad salutandum reuerendissimum cardinalem.

n Ostra ciuitas romanam semper ecclesiam sanctissime colit: reuerendtssime in christo pater & domine apostolicam sedē; precipue veneratur: & cætum sacrum sanctorum patrū & vestrum Augustum collegium summa deuotione prosequitur. Tuā; cum primis. R. dominationem ob insitum pectoribus sanctū calisti nomen quod tua benignitas hanc patriam summo semper amore dilexit. Quare habemus Senenses omnes in summo honore tuā. R. dominationem: & huius patriæ magnum præsidium: ac dulce decus. Cuius singulari perspecta charitate & gratia me illi defero: deuoueo: & clientem obsequentissimum dedo: & vt me ita dignetur suscipere vna cum charo genitore suppliciter: & summis obsecro viribus: & vtrumq; tuæ. R. dominationi maxima diligentia ac deuotione commendo. Dixi

¶ Aug. Dathi oratio xxxii. quum in festo gloriosissimæ assumptionis beatissimæ virginis Mariæ: quem diem celebrem semper atq; honoratum habet Senensis ciuitas: & solemnem peragit singulis annis: summus magistratus patrio de more sacrum. visit antistitem: ac Senensem episcopum: a quo læta cohors ex veteri consuetudine nullo vnq̄ intermissa tempore: ac diligenter firmiterq; retenta opiparis atq; ambrosiis bellariis laute: splendideq; reficitur: & veluti quodam æthereo affatim laxatur nectare: deinde salutatione peracta & nemine amplius sitiēte eximii apparatus venerando presuli gratiæ peraguntur his verbis.




Pius.ii.pōtifex max.

Na huius ciuitatis & patriæ laus est: que cæteras omnes antecellit & præstat. Nā ex quo condita est: multos protulit prestantes virtute. & celebres doctrina & gloria viros. Sed nouissime nostro æuo Pium. ii. pontificem maximum: cuius explicare virtutem certe non possit lingua mortalis quādo ingenio: probitate: doctrina: sapientia rerum omnium cognitione ita excelluit: vt ante pontificatum apostolicæ sedis dignitatem illustrauerit: & in ipso apostolatus culmine plurimorum prædecessorum facile vel æquauerit: vel superauerit gloriā: Is cum plurimum patria illustratus esset: et ab ea magnis affectus honoribus illam ipse laudibus amplissimis illustrauit: imprimis tuam R. dominationem presulem dedit: & in sacrum sanctorum patrum optauit collegiū; vt qui a primis ætatis temporibus in sacris ac pōtificiis litteris & optimis q̄busq; disciplinis adipiscēdis versatus esses & eccle

ſtæ ſanctæ Dei & patriæ: quæ te genuit vtilitatem ſimul afferes ac decus: in magna dignitate atq3 ampliſſimo conſtitutus honore: ſapientiam: & æquitatem: animi magnitudinem: moderationem: quibus laudibus abunde præſtas: grauioribus in rebus exercendo illuſtriora præſtare. Cõſulit glorioſiſſima Dei mater huic patriæ: quæ in eius tutela ſita eſt: & ſecundum Pii ſanctam recordationem patrem dedit: & firmum patriæ columem ac dulce decus: te ſanctæ romanæ eccleſiæ cardinalem: qui ea huic ciuitati beneficia præſtes: quæ fœlicis recordationis Pius. II. auunculus tuus morte præuentus non ſatis cumulare explete potuerit. Eia igitur reuerendiſſime domine: in tãtæ romanæ eccleſiæ collocatæ faſtigio: perge (vt facis) patriam dulciſſimam ſtudio omni ac pietate complecti. cunctis officiis atq3 honoribus proſequi. Et quod optimi ciuis & maximi domini officium eſt: patriam iuuare: augere. Quæ in tuam dominationem reuerendiſſimam potiſſimum reſpicit: & genuiſſe tam fulgidum lumen plurimum gloriatur. Poſtremo hi magnifici atq3 exelci: Magiſtratus: qui ſe hodie a tua: R: dominatione in hoc magno ſolẽni benigne hilariter laute ſplendide refectos intelligunt agunt maximas atq3 ampliſſimas gratias: & ſimul ciuitatem uniuerſam & ſeipſos & cõciues omnes & cunctum Senenſem populum ac libertatem eius vehementer commendant tuæ. R. dominationi ꝙ ꝙ optima diſpoſitione pſpecta intelligunt minime longa commendatione opus eſſe. es igitur fœlix: & tuam reuerendiſſimam dominationem. Deus ad ſummos quoſq3 honres dignetur attollere:

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. xxxiii. Ad cardinalem ſalutandum:



...ue magne pater Eccleſiæ ſanctæ columen: firmum præſidium: & dulce decus patriæ. Adſis illi ſemper propitius. ſisq3 fœlix nobis famulis tuis: & tuæ pietati ſũme confidentibus. Dignitatem tuam extollat: quæſumus in ſacro fidelium cœtu pium ac cœleſte numen.

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio. xxxiiii. habita coram reuerendiſſimo cardinale Senenſi & magnificis dominis

Olidum putant reuerendiſſime domine & impletũ gaudium S illuſtres atq3 excelſi domini: & hæc ciuitas vniuerſa perfectam huius ſacri ac ſolennis diei feſtiuitatem: cum ad cæterarum rerum letitiam accedit imprimis tue reuerendiſſimæ dominationis peroptatus conſpectus: & nobis omnibus multo iucundiſſimus. Maximas agimus ſummo Deo grates: quod in hac preclara ſolennitate conſpicimus intra dulciſſimæ patriæ mœnia fulgidũ id: ac ſplendidum decus: quod ſecundum ſancte recordationis Pium pontificem. non modo eccleſiam dei: ſed hanc quoq3 patriam vehementer exornat Nobis igitur merito gaudemus: qui tante ſumus lætitiæ facti compotes. Patriæ gratulamur: quæ illum capere ac tenere mereat incolumen: ac præſentem intueri: quem idcirco genuit: vt eſſet: qui chriſtianam religionem & romanã ſubſtinere eccleſiam: qui ſequens chriſti vicarium fidelium populorum ſaluti proſpiceret: qui patriam imprimis conſeruare: adiuuare: amplificare quouis tempore ſit paratus. Pro cuius ſalu-

te vigilantissime laborare omnium mortalium operum preclarissimum est. Quod cum sponte sua tam sedulo:tam pie faciat.T.R.dominatio: singulari laude potius ꝙ vlla cohortatione opus est.Te igitur pastores animarum:conseruatorem pacis:propugnatorem libertatis:ac deniq; patrem patriæ:vt felicissimum tueatur deprecamur eum.qui de cœlo prospicit:& cuncta humana salubriter moderatur & regit.Qui de Senensi patria nasci voluit:qui eius augeat studio omni dignitatē & gloriam.Postremo quod animorum iucunditati adiecerit.T.R.dominatio & hilarem hanc refectionem qui potest omnia:præmia digna rependat: Dixi

¶ Augustini Dathi oratio.xxxv.pro eo qui cognatum aliquem agnatū siue affinem nuper factum episcopum salutare desiderat:& sibi plurimum gratulari.

Gratulādi modus.

SVmma est animorum nostrorum lætícia reuerende in christo pater et domine & cognationis nostræ preclarum decus:cum optatam tuā dominationē presentem intuemur:que vere genitorem meū dulcissimum meq; cum illo vna hodie magna lætícia & incredibili afficit gaudio.Quando desiderii nostri compotes nos factos intelligimus:& votum nostrum simul & officium expletum. Cum nichil cuperemus ardentius ꝙ tuæ dominationis conspectu iucundissimo perfrui.Et quod filios amantissimos atq; obseruatissimos decet congruam reuerentiam exhibere. Agimus imprimis largitori bonorum omniū deo.quas potest nostra fragilitas per ingentes gratias:vnde id nobis datum est:quod maximam & cumulatissimam nobis attulit voluptatē.Eius nos ineffabilem bonitatem atq; clementiam deprecamur:vt nostræ cognationi tam splendidum lumen longo æuo tueatur:& illius cū exaltatione nostri generis fortunet:atq; amplificet gloriam.Quod autem tam hilare:tam benigne:tam exuberanti paterna charitate nos exceperit.T.R.dominatio:facit quidem pro sua antiqua optima consuetudine:que suos omnes flagranti dilectione complectitur.Quadere sicut habemus ꝙ maximas gratias ita pro magnitudine benignitatis tuæ:& pro imbecillitate nostrarum virium nec referre debitas possumus:nec dignas agere.Sed quod in nobis est:abunde suppetet fides nostra:incredibilis reuerentia atq; deuotio.Dignare tuā nobis benedictionē impēdere:qua et muniti tanto facilius cæleste donū ad quod iter intendimus:adipisci valeamus. Dixi.

¶ Augustini dati oratio.xxxvi.vice illius qui missus a generali alicuius ordinis et vitā ac mores rimatus ministri cuiuspiam prouincialis in sacra mox patrum sue religionis Synodo: bene ipsius actæ vite:& rite ab eo peracti muneris perhibet testimoniū:

LOci huius dignitas & vestrarum paternitatum amplitudo reuerendi atq; optimi in christo patres proculdubio postulant pro vetere consuetudine huius sacratissimæ synodi:vt testimonium perhibeā veritati:et de Tusciæ prouinciali ministro ea in medium proferam.Quæ vere de illo comperta sunt.Nam cum ad tanti muneris administrationem operepretium sit præficere patreȝ doctrina

prudentia morum grauitate & praecipua gubernandi industria & singulari quadam regendi peritia probatissimum diuinitus factũ arbitrantur: vt aeterni Principis prouidentia eum ministrum prouinciae Tusciae dederit. qui verbo pariter & exemplo ad sancta religionis opera ad diuini cultus honorem ad imitationem virtutis ac probitatis: ad deuotionis feruorem: cõmissam sibi congregationem inflammaret. Quem ob doctrinae & sacratissimae sapientiae laudem: omnes Italiae populi admirantur: & tum magno dilectionis affectu tum etiam singulari prosequuntur honore. Quippe lucet lux bonorum operum eius: & doctrinae splendescit fulgor: vt audientes & intuentes vitam eius & disciplinam glorificent deum viuum & patrem omnipotentem: qui in celis est. Illum propter scientiae claritatem atque integritatem vite perspicuum est omnibus plurimum apud romanum pontificem gratia & opinione valere. Et summi ipsius pontificis petitione & suasu administratus curam totius prouincialis capituli consensu fuisse delectum. Quod nõ sine magna huius sacratissimae religionis contingit gloria vt qui in ea doctrina & probati sunt apostolici et romani pontificis approbatione commendentur. Postremo ꝓuinciae Tusciae magistratus & rectores omnes qui in hac. N. sanctissimi patris nostri regula deo famulantur: & paternitatibus vestris reuerendis & sanctis orationibus suppliciter cõmendo veniam petens: si fuerim fortasse prolixior. Dixi. Tuscia

¶ Aug. Dathi in creatione noui rectoris Scaligerae. atque hospitae domus gloriosissimae dicatae virgini in vrbe Senensi oratio. .xxxvii. Pro iis qui sacro ipsarum piarũ aedium ministerio sunt deuoti & glorioso toti obsequio cõsecrati.

QVi paulo ante tristes maerebamus Mag. atque excelsi patres: et maesti atque summa affecti molestia angebamur: orbati magno presidio & dulci refugio benedictae memoriae amantissimi patris & optimi gubernatoris: qui nuper de hoc saeculo transiit. Nũc tandem plurimum respiramus: & veterem tristiciam in iucunditatem & summum gaudium conuertimus. Quoniam altissimus de celo dominus per gloriosam intercessionem suae sanctissimae matris salubriter ꝓspicere dignatus est: & de rectore prouidit secundum tanti ministerii magnitudinem: & vere secundũ cor nostrum: qui vitam & animos & omnem conditionis nostre tenuitatem huius sacratissimae domus obsequio consecrauimus. Summa in prouidẽdis rebus prudentia ad bene regendum: singularis integritas in pertractandis: diligẽs in administrandis fides: accurata in conficiendis sedulitas necessaria est. Haec cum in nouo delecto patre & creato rectore perspicua atque explorata sint: de cuius virtute: sapientia: probitate industria: & omni necessaria laude nemo sit qui nõ abunde confidat: firmissimam spem concepimus hanc sanctam & piissimam gloriosissimae virginis domum ita gubernatũ iri: vt & gloriae sãctissimae virginis: & honori huius florentissimae patrie & pauperũ xp̄i refugio & ipsius rectoris dignitati & nomini facillime cõsulatur. Quod humiliter oramus ipleri a sũmi creatoris bonitate ꝑ ineffabilia merita eiusdẽ sacratissime virginis q̃ huius

Regina est dulcissimæ patriæ & huius piissime domina domus : q̄ tuæ amplitudini cōmendare minime necessariū esse putamus. Confidimus tuam amplitudinē & domū vniuersam & nos virginis sacre alūnos benignissime suscepturā. Ille tuuꝫ iter in cunctis rebus prosperum faciat: a quo omne datū optimū: omne donuꝫ perfectū: & quæ vel in celis habentur: vel optantur in terris bona cuncta procedunt. Dixi

Aug. Dathi pro oratore summi pontificis ad regem oratio xxxviii. Quam habere debet legatus ipse ad eos: qui sibi obuiam prodeunt: a rege missi.

Erenissimi regis benignitas paruitatis meæ supergreditur limites patres ornatissimi ac præstantissimi viri. qui tanto me hodie honore dignatus est: & qui hunc cœtum hominū præclarissimoruꝫ misit ad me suæ maiestatis humilem seruitorem. Sed accipio omnia ob summi pontificis reuerentiā a regiæ maiestatis benignitate : cui maximas & imortales habeo gratias: & de munificentissimis honoribus quascunqꝫ valeo laudes affero. Dixi.

Augu. Dathi oratio. xxxix. pro legato pontificis associato agente gratias comitantibus.

N On erat mea imbecillitas viri excellentes tantis honoribus digna: quos michi tam iucunde, tanqꝫ hilariter, & regis sacra maiestas & humanitas vostra benigne contulit. Ago quas potest mea facultas, ingentes gratias: & non michi prorsus indigno : sed apostolicæ hæc omnia tribuo dignitati: dicente saluatore. Qui vos recipit: & qui me recipit, recipit eū qui misit me. Ille ipse pro me dignetur debita repēdere præmia. Dixi.

Vitat arrogantiam.

Augustini Dathi oratio. xl. ad idem.

m Aior est hec tanti honoris liberalitas, q̄ mea humilitas suscipere debeat. Non ad me: qui inops & pauper sum meritorum omniū: sed ad eum qui misit sanctissimum dominuꝫ nostrū refero decus. Pro summa humanitate & collatis honoribus gratiā habeo: & ei referam copiose: qui habet retribuendi potestatem. Dixi.

Aug. Dathi oratio. xli. ac præfatio quedā pro oratore summi Pontificis ad regeꝫ: a quo ipse pontifex Maximus auxiliuꝫ postulat contra Turcum

N Emo est ex omni fideliuꝫ numero: quem lateat apostolice sedis collata ab omnipotēte deo summa potestas. Nā constituit illum deus in terris vniuersorū dominū: sacri pontificii sūmi sacerdotii certissimuꝫ custodem: pastoreꝫ ouiū: & dominici gregis vigilantissimum præsulē. Cuius in manu est potestas & imperium: qui ad regendam petri vinculaꝫ in hoc salo fluctuantis pelagi ecclesiæ præfectus est: cui traditæ sunt claues regni cælorum et data facultas animas ligandi atqꝫ soluendi: cui mortales omnes & fideles christi nationes parere debent. In qua sede sacratissima diuina prouidentia Pius papa. ii. collatus spem magnā in tua maiestate reposuit ad tuenduꝫ semper christi nomen: et ad crucē defenden

dam:per quam ab antiqui hostis captiuitatē redemit saluator christus vnigenitus dei filius humanū genus ad conseruandā sancte matris ecclesiæ dignitatem ac gloriā:propter eas præcipuas atqȝ āpliss mas laudes:quibus tua maiestas decorata est:in qua summā prudentiā/bonitatem/virtutem/fidem/diuinæ religionis amorē feruentissimuȝ esse cōstat:imitando tue maiestatis gloriosos progenitores ac maiores serenissimos:qui ad christianā augendā & catholicā religionem etiā parati erant semper sanguinem fundere. & vitam omnibus præsentare ac deuouere periculis. Dixi.

¶ Augustini dathi oratio.xlii.Vice eius qui a summo pōtifice orator mittitur ad cæsarem imperatorem

S Anctissimus dominus noster ac beatissimus romanus pontifex Pius diuina dispensante clementia papa.ii. Augustissime Cæsar atqȝ inuictissime princeps per me nuncium suæ beatitudinis:quāuis immeritū tue sacratissimæ maiestati salutē dicit: atqȝ apostolicam benedictionē. Nā eius sanctitas tuā serenitateȝ magno quodam amore & ardenti charitate complectitur. Tum ob vetereȝ mutuamqȝ beniuolentiaȝ ac summe dilectionis affectum:cū quia intelligit:& experimentis cognouit. T.S.maiestatem:optime affectā:& excelso atqȝ inuicto animo paratissimā ad fauorem conseruationeȝ augmentum/firmitatē & gloriā sancte matris ecclesiæ:et ad tutelam ac validissimam christianæ religionis & catholicæ fidei protectionē:ad fidelium salutē ac tranquillitatē. & ad barbaræ perfidiæ excidium ac fœdissimæ gentis frenationē:sicut decet christianissimū principeȝ & inuictissimum totius orbis dominatorē:quem constituit dominus in terris vna cū romani pontificis sanctitate super familiam suaȝ. & super dominici gregis vigilē custodiaȝ. Hæc enim sunt duo luminaria magna. quæ in ecclesia sancta dei incessabili luce refulgent. Igitur optime Cæsar cū ita libuerit tuæ sacratissimæ maiestati supplex illā deprecor:vt constituere tempestiuā horam dignetur:in qua aliqua præfati summi pontificis nomine secreto/ac remotis arbitris cū tua serenitate conferre & colloqui possim. Dixi Remotis arbitris

¶ Augustini Dathi oratio.xliii.vice eius:qui a pontifice maximo ad regem quēpiam orator mittitur.

R Ex inclite ac serenissime princeps/mittit me summi pontificis sanctitas Pii sanctissimi domini nostri diuina dispensatione papæ.ii.ad tuam maiestatem:atqȝ illi per me suæ beatitudinis nunciū dicit salutem & apostolicā benedictionē. Non possit lingua mortalis ne dū mea imbecilitas rex serenissime explicare maximam dilectionē precipuam charitatem:amorē feruentissimū erga maiestatem tuā summi pontificis:quē ecclesiæ principē:pastorē christiani ouilis:verū iesu christi vicariū in terris esse constat. Cuius beatitudo nouit iampridē tuæ serenitatis innumeras atqȝ amplissimas laudes & deuotissimū ac promptissimum animū ad ea semper gerenda:quæ prodesse possint:& salutaria esse sancte romane ecclesiæ:christiane atqȝ orthodoxæ fidei:& illis accepta:qui apostolicæ sedi præfecti sunt. Ac suæ sanctitati persuasum est:nichil tuā maiestatē cupere vehementius: nichil optare ardentius ꝙ tueri christi nomen & catholicā fidem. Qua fiducia

suæ sanctitatis verbis expositurus sum: quæ eius iniunxit beatitudo: quod faciam. cum mihi tua maiestas congruum & accommodatum tēpus constituerit: in quo mentem exponam sanctitatis eius: & horā dari mihi supplico tuæ maiestati. Dixi.

Augustini Dathi Oratio. xliiii. Ad idem.



Iri eloquentis: & diserti oratoris voce opus erat rex serenissime: ad explicanda tuæ maiestati. quæ sanctissimi pontificis iniunxit beatitudo: & apostolica pietas imbecillitati meæ demandauit. Sed ante omnia difficillimum fit congrua oratione complecti: quo præcipuo & ingenti charitatis affectu præfata sanctitas tuam maiestatem prosequatur. Laudet præclaram tuæ serenitatis virtutem: atq; gloriam: magnifaciat sanctæ conuersationis propositum: & christianæ religionis deuotionem: & præstantiam: atq; amplitudinem præclarissimorū operum. Itaq; supplex oro tuam serenitatem: vt accommodatum mihi cōstituere & idoneum tempus velit: vt apud tuam maiestatem pontificis iussa exequar remotis arbitris. Dixi.

Augu. Dathi Oratio. xlv. Ad salutandum Sacratissimum atq; inuictissimum Imperatorem Romam petentem Fridericum. III. Cæsarem semper Augustum.

L


Audant viri sapientes: & cæteris rebus omnibus antepo nunt Christianissime princeps ac sacratissime Cæsar: tria vel maxime quæ humanum genus imprimis tuentur: ac vehementer exornant: iustitiam: libertatem: & omnium bonorum florentissimum: tranquillitatem pacis. Cū nihil sit iustitia in terris præstabilius: nihil libertate charius: nihil pace & tranquillitate iucundius. Magno igitur exultamus gaudio: & ingenti afficimur animorum lætitia: quando diuina dispensante largitate datum est: vt præsentem intueamur tuam sacratissimam Maiestatem: id est: verum ac potentissimū orbis dominatorem: catholicæ propugnatorem fidei: regem regū omnium: fidelium populorum præsidium: christianæ reipublicæ stabile firmamentum: ac singulare profugium. Quo imperāte: iustitia dominatur: libertas viget: pax tutissima. & vbiq; gentium summa florescit trāquillitas: cuius iucundissimo ac serenissimo lætamur conspectu: cuius sublimitatem & gloriam hæc patria sacri alumna imperii: & Senensis ciuitas vna p[ræ] cæteris omnibus maxime veneratur: & colit: & sacratissimam Cæsaris maiestatē summis semper extollit honoribus. Totius igitur moderator ac dominator orbis rex regum in æternū viue: vt cū catholicæ fidei firmitate: & christianæ religionis gloria: optatæ victoriæ palmam consequaris: sisq; ille magnus Cæsar imperiū Occeano: famā qui termines astris. Quo regnante: iusticia indies augescat magis: et abundantia pacis: & aurei sæculi tranquillitas reuirescat. Vt edictum tandem exeat a Cæsare Augusto: ac sacri auctoritate imperii describatur vniuersus orbis: deniq; gloriosi principes terræ Petrus & Paulus: quorum limina tam pie reuisit tua sacra maiestas: & suis & summi pōtificis aspirent votis: vt sicut duo estis clarissima mundi limina: & catholicæ fidei propugnacula: ita vestras adiuuent vires: vt vestra quoq; gloria in toto terrarum orbe refulgeat: & hostilis insania vestra po

Occeanus.

Cæ. Augustus.


tenti dextera conteratur. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio.xlvi. Ad gratiam agendam Cæsari pro accepto munere.



B vniuersorum Domino inuictissime Imperator: et gloriosissime Cæsar: tam magno ornamento: ac munere decoratus: cum sim seruus indignus: nihil est: quod valeam rependere: nisi fidem: obedientiam: ac deuotissimam seruitutem. Sed ille rependat quæso: qui tuam semper glorificet sacratissimam maiestatem. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio.xlvii. Pro republica ad Regem in huius aduentu.




Ex serenissime ac gloriosissime princeps coram tam præclaro & splendido conspectu: oportebat loqui hominem: loquentia & auctoritate maiore præditum: sed parere debeo magnificis & excelsis collegis & honorandis patribus. Rex serenissime tota hæc ciuitas: & vniuersus populus plurimum lætatur: atque exultat aduentu atque gloriosissima præsentia tuæ maiestatis cuius sumus deuotissimi filii: & cui propter amplissima merita mira reuerentia ac deuotione afficimur. Summam læticiam capimus: quod tuam maiestatem intuemur præsentem tanque optimum patrem & singularem benefactorem huius ciuitatis: & inter nationes fideles christianissimum principem. Quapropter debitam reuerentiam tuæ maiestati exhibemus ciuitatem cum libertate ac statu eius deuotissime commendamus rempublicam: & omnes eius facultates offerimus cum optimo cordis affectu: & cum deuotissimis animis tuæ serenitati. Nos paratos pollicemur omnibus in rebus tuæ maiestatis obtemperare obsequiis. Quam optimam voluntatem & sinceram animorum dispositionem & præcipuam ac deuotissimam huius ciuitatis fidem diffusius: & ornatius explicare poterunt hi patres mei magnifici: quorum facundia maior: & prudentia multo præclarior est. Nos iterum commendamus nos & ciuitatem vniuersam tuæ sacratissimæ maiestati: quam gloriosissimam tueatur benignus totius mundi rector. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio.xlviii. Ad idem in aduentu reginæ.

G Loriosa ac serenissima regina hæc ciuitas: & eius populus plurimum lætatur: & exultat tuæ maiestatis aduentu. Propter maximam fidem: & deuotionem erga serenitatem tuam: cui ciuitatem hanc deuotissime commendamus: & offerimus paratissimam: cum omnibus facultatibus suis tuæ Maiestati. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio.xlix. Habita ab ipso apud Federicum Montis Feretream Principem paucis post diebus que principatum ingressus est.

Exordium ab exemplo.


Hilippus Macedo qui Reges ferme omnis mira quadem virtute ac sapientia superauit: quod tu minime ignoras Magnifice Princeps: Alexandrum filiuz plurimum letatus est: Aristotelis natum fuisse temporibus: vt preclari Philosophi & viri sapientis optimis artibus statutū preclare quoqz ac sapienter Regnum postea administraret: cuius hæres futurus erat. Nouerat nanqz vir sapien Rex inclitus Amantissimus Pater illustrissimus Princeps Regni ac principatus ipsius firmitatem eruditorum hominū doctrina: ac sapientum virorum præceptis stabiliri. Quarum rerum ꝙ fuerit studiosus Alexander: gesta eius non obscure declarant. Nam tutissimo eo ac munitissimo septus præsidio: vel ad extremos vsqz terrarum fines victor produxit imperium. Ptolomæus Aegyptiorūz rex: qui et Philadelphus appellatus fit: etiam alienigenas: a quibus erudiretur magno studio atqz industria cōquisiuit: accersiuitqz ex tribubus Iudeorum duos & septuaginta seniores: vnde potissimum vnius Dei cultum et regni administrationem institueretur. Scipio quoqz ille apud Romanos clarissimus: non tam rex: summus ac fortissimus imperator: & cuz primis regno dignus: ita omnino sapere: ita prius scire aiebat: vt Panetium philosophum secum etiam in castra duceret: neqz vnꝙ a suo latere discedere pateretur. Iam vero Cæsar Aug. a quo edictum exiit vniuersi orbis describendi Athenodoro claro imprimis philosopho & familiari & magistro vsus est. Itaqz sapientum consiliis atqz institutis fretus: summa potitus est rerum omnium. Res autem & gerens sapiēter: et iuste gubernans: meruit optimo iure vt is esset qui latissimum propagaret imperium. Nam & in Deum pietatem: & ius in homines: quæ duo tenere regem ac principem decet. Philosopi & eruditi edocēt viri. Ciuitatem vero vel liberare afflitam vel fœlicē tueri: deniqz ex parua magnam facere: vnde quæso nisi a philosophis discendum est: Quatuor autem illa: scientiam rei militaris: virtutem: fortunam: auctoritatem. Quæ imperatore eodē qui exercitum ducit esse necesse est viri sapientes atqz eruditi declarant: qui ex vberibus fontibus sapientiæ viuendi precepta haurientes: optimum constituunt & Imperatorem & Principem: Quorsum vero hæc Princeps illustris: Vt qui magnitudinem animi: facillimis moribus optimo ingenio solerti industria: cæteros huius ætatis principes vel æquas: vel antecellis rerum gestarum gloriam: cumules litterarum splendore & doctrinæ laudibus. Ampliorem enim dignitatis præstantiam: ardentius quoqz decet virtutis ac sapientiæ studiuz. Qui igitur hactenus optimas quasqz artes sectatus es in tam magno dignitatis gradu: excelsoqz culmine principatus: rerum cognitionem princeps magnanime cupidius amplexare: in doctrinæ ac litterarū studia: quantum vel maximarum rerū sinit occupatio: vel principis dignitas patitur: studiose id quod facis incumbe. Sed quid multis agam. Satis superqz (vt arbitror) sponte tua incitatus es. Reminiscere propheticam vocem: diuinum oraculum noli obliuisci: qui iam princeps delectus es: qui maximis negociis profectus: intellige erudire: qui & ipse iudicas terram: nunc diligentius disciplinam apprehende: ne a recta iusticiæ & æquitatis via deflectas. Quod si (vt ait sapiens Bias) Magistra-

Philippus Macedo.

Ptolomæus Philadelphus

Scipio

Panetius

Cæ. Augustus Athenodorus philosophus

Bias

tus virum indicat: multo magis tanta rerum amministratio: hominis dignitatem: atq3 amplitudinem illustrat. Sed vere dicat Silius Italicus Magnæ molis opus: multoq3 labore parandum. — Silius Italicus.

At quo difficilius hoc: eo laudabilius: ac præclarius: iustitiam: moderationem: sapientiam ama præ cæteris rebus. Hæc cogita: hæc meditare: hæc complectere. In his colendis tua omnis dies noctesq3 versetur industria. Nam & in his exercendis sita est principis dignitas: sicut in negligendis turpitudo. Verum sus artium repertricem: quod dici solet. — Sus artiū repertrix.
Hæc tibi omnia exploratissima sunt: quorum si exercitationem quoq3 adhibueris: quod sperant qui tuum ingenium liquido nouerunt: eoru3 quos pauloante memorauimus: amplitudinem consequeris: & gloria3 Si eadem illustris princeps: quæ obire ab initio ætatis semper consueuisti tenere ac seruare perrexeris licebit nobis de te dicere: quod de Aenea Rege Vates diuinus cecinit: licebit in q̄ nobis dicere. Princeps est Federicus nobis: quo iustior alter nec pietate fuit: nec bello maior: et armis. Postremo in isto tuo principatu: quem diuino iussu vt arbitror: Vrbinatum ciuium consensu vt video: bonorum omnium studio: vt certo scio nuperrime adeptus es: tibi illustris ac magnanime princeps et valde: & serio gratulor. Deprecor autem immortalem Deum: vt principatus tui amplitudinem & gloriam fortunet in dies. Te vero obsecro vt Senam clarissimam: atq3 opulentissimam vrbem: quæ mihi dulcis patria est: sociam complectaris atq3 amicam. Hanc maiores tui cum summa beniuolentia: singulari fide: maximis honoribus prosequūtur: difficile dictu: q̄ tuto: q̄q3 tranquillo vsi sunt principatu. Hanc tu quoq3 ascisce sociam: quod si feceris & firmius: & perpetuo dominaberis. Me suscipe clientem fidei plenissimum paratu3 quouis tempore: pro tua dignitate: ne capitis quidem vitare periculum. — Maro vates diuinus.

Dixi.

¶ Sequentem orationem: quæ est. L. habuit Nicolaus Dathus filius dulcissimus. iii. Idus Sextil. ad illustrissimum principē Alphonsum Calabriæ ducem in magna Senensis curia: & vbi haberi solet Senatus loco: cum solemnia tripudia & saltatus agerentur adessentq3 domini: & omnes reipublicæ Magistratus: et ciuium magna corona et splendide ornata Sen̄ēsis pubes: & imprimis plurima virginum & mulierum turba magnifice: et regali quodā apparatu & luxu comptæ: quæ accersitæ publice conuenerant: et viri tum multi: tum etiam nobiles: et genere ac dignitate illustres: qui et ipsi ad celebre spectaculum venerant: & principem comitabantur Alphonsum: Sed proculdubio ānalibus et historia digna et propter ludorum pompam ac celebritatem: et ob summam atq3 incredibilem spectatorum frequentiam: sed certe dicam fidenter: multo facta præclarior propter hanc ipsam orationem habitam: cum puer vix decimum natus annum eleganter: & cum summa principis gratia: & omnium laude: supra ætatis captum: perorauerit.

N On impudenti ausu magnanime princeps: & dux præclarissime: sed fidei: ac deuotionis studio commotus: dicam pauca: ætate pene infans: sermone autem infantissi

mus. Eximiæ feruntur atq; singulares principis lades: quod in rege regum diuinus ostendit Vates. Imprimis oris veritas animi mansuetudo operis iusticia. Propter veritatem mansuetudinem iusticiam floruit Alphonsi preclara recordatio viget Serenissimi Ferdinendi preclara maiestas Patrem imitans tua quoq; splendescit preclara sublimitas Atq; idcirco cū summa gloria & pacis firmitate deduxit te mirabiliter dextera tua. Sed his accedit corporis forma: eloquentiæ nitor: vires pterea atq; robur. Tu quoq; quantum homini fas est: diuinam imaginē prese fertur: speciosus forma pre filiis hominum & abundans gratia in labiis tuis accinctus gladio super fœmur tuum potētissime. Specie polles Imperio digna: orationis suauitate ac lepore prestas animi magnitudine excellis & viribus: vt tantis ornatus muneribus: in amplissimo principatu & in regno patris floreas ac serenissimi genitoris respōdeas laudibus. Eius autem consectans vestigia: catholicam fidem: fidelium populorūconcordiā: bene institutarū ciuitatū libertatē potērid extera tuearis. Illius vbiq; regalis instituti memor: quod Mantuanus noster cantauit Homerus: Parcere subiectis: & debellare superbos. Vt tuo serenissimo patre Duce te comite: vbiq; vigeat tranquillitas: iustitia: & abundantia pacis. Mundi rector queso vestri regni: & principatus amplificet gloriam. Tua vero illustrissima virtus Senensem patriam: cuius fides cultus: & summa erga te charitas notissima est: paterno semper prosequatur amore: & me deditissimum clientem: fidei plenu; benigne suscipiat. Dixi.

Alphōsus Ca. a brixæ dux.

¶ Pridie Idus Augusti: cum vellet præfatus illustris princeps Nicolaum filium militaribus donare insignibus: non sum ego passus: tenellæ habita ratione ætatis: tandem illum stolam candidā suis ipse princeps manibus induit: & præstito iureiurando qualem sui comites habent: dignitate ornauit. Et accepta dignitate egit Nicolaus gratias: & sequentibus vsus est verbis.

O Rnatissimo munere insignitus illustrissime princeps: & ppetuā deuoueo seruitutem: & immortales habeo tuæ illustrissimæ dominationi gratias. Quam æternus mundi rector fœlicem semper & gloriosissimam tueatur. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio. LI. de laudibus Regis Gallorum.

Exordium

N Equaꝙ dubium mihi erat rex inuictissime: ac serenissime princeps: vt qui in maiestatis tuæ conspectū orationem foret allaturus: eum non vulgari eloquentia: non doctrina quadam mediocri sed potius singulari dicendi facundia: diuina quadam eruditione: cæteris hominibus antecelleret. Verum id ipsum multo magis necessarium esse ducebam. si quis tuæ sacræ maiestatis eximiam gloriam: ac summum rerum omnium splēdorem explicaturus erat Quod cum animo & cogitatione contemplor: vultus pallescit: balbutiens lingua trepidat: labia contremiscunt. Dehortabatur me ab hoc celeberrimo genere dicendi: ante omnia maiestatis tuæ: & amplissimarum laudum magnitudo: tum mei ingenii paruitas: & litterarum qua

Excusatio

dam(vt ita dicam)egestas:timidum me ac trepidabundum reddebant Quod si mihi etiam a summis : et clarissimis oratoribus eloquentia tribuatur.nimium quoq3 verendum esse iudico.in tanti regis ac principis conspectu:eruditissimum etiam virum orationem habere. Quocirca mea eloquentia non satis complecti magnas laudes possit : qui aut nullam aut paruam admodum in dicendi exercitatione: operam: ætatemq3 consumpserim:sed vix Græcus Demostenes: ac Lysias difficulter Romani Cicero:atq3 Ortensius tam magnum splendorẽ rerum omnium sua oratione consequi possint. Proinde tuam maiestatẽ supplex oro:ne me inuerecundum esse arbitretur : qui rem tantam : tamq3 arduam aggredi fuerim ausus. Dicam igitur paucis tuæ maiestatis cõfisus clementia:& illa dicam quæ mei erga tuam serenitatem animi testimonium:argumentumq3 perhibeant. Sed quis primum tui generis amplitudinem satis referre possit. Altius enim repetendum foret : & longis quibusdam stemmatibus numerandum. Atq3 vt cæteros tam clare:tam illustris:tam antiquæ prosapiæ viros præstantissimos : silentio prætermeream:quantus is decor putandus est: vt tuæ maiestatis regale genus:regia ex domo originem traxerit:& quidem eorum regũ:qui reliquos nobilitate.& claritudine præstant:hoc vere regale genus : et splendore nobilitatis præcellentissimum quodq3 gloriosum Christianæ fidei titulum assecutum meruit christianissimum appellari. Illustrat idem fulgentissimum quoddam sidus Ludouicus quondam Rex Francorum in terris quidem celeberrimus:& in cælis in sanctorũ numero gloriæ cælestis diademate coronatus.Nulla regia in christianis populis progenies est:quæ non aliquo affinitatis:&cognationis vinculo cũ tuo nobilissimo:&omnium antiquissimo genere sit coniuncta. Sed tẽpus:sed lingua me deficiat:languescant ingenii vires :si velim sigillatim:vel progenitores tuos: vel auos celeberrimos explicare. Sed tua maiestas:& fœlix tui serenissimi patris recordatio:satis afferunt splendoris:& nominis. Quid de tuæ serenitatis præcipuis laudibus.Nam quis ignorat:quanta sit tuæ maiestatis cunctis in rebus prudentia:quãta perspicacia:quanta deniq3 amministrandi regni solertia. Quarũ quidem virtutum:& summa comes iustitia est:inaudita benignitas:singularis mansuetudo:præcipua munificentia:incredibilis fides: flagrãtissimus christianæ religionis affectus:diuina clæmentia:quibus omnibus ita penitus tua sacra maiestas efflorescit:vt ad earum eximiã gloriam:nihil omnino addi possit. Quanta post hæc animi magnitudo quanta excelsitas:ꝙ magnus:ꝙ elatus:ꝙ magnificus:ꝙ inuictus animus: Omnibus cognita hæc:& explorata sunt. Taceo moderationem:temperantiam:modestiam:frugalitatem:& in tanta potestate pene rerum omnium incredibilem me surarm quandam ac modum. Sed consentanea hæc sunt omnia tui splendidissimi generis claritati.

Nec tam tuam præstantiam genus exornat :ꝙ tuæ laudes potius generis ipsius decorant: atq3 honestant plenitudinem.Pergraui varias orbis regiones:lustraui remotissimas horas: circuiui Italiam : et illius pclaras vrbes visedi studio pquisiui:nihil vsꝙ repertũ ẽ:qd vel cũ tui florẽtissimi regni impio vel cũ tuæ maiestatis glia cõferri &cõparari possit

Narratio

Aduerte quale iudiciũ Itali sup regio gallorũ genere.

Diuus Ludouicus.

Regis gallorũ commendatio

Sed ne quid m olestiæ tuæ serenitati longior pariat oratio: non meis tā fretus meritis quæ sentio aut nulla aut perexigua esse: sed clementissimæ maiestatis tuæ benignitate confisus: me tandem humilem: supplicē ac deuotissimum filiorum: & seruitorem fideliuȝ omnibus precibus trado: atqȝ commendo. Inutilem forsan seruum: sed sane fidei amoris: ac deuotionis plenissimum: nec mihi quicꝙ fieri poterit vel gratius vnꝙ: vel iucundius: ꝙ tuæ maiestatis honoribus ac saluti prospicere. Quippe mihi ea mens est: vt pro tuæ maiestatis dignitate seruanda: non modo omnem adhibeam diligentiam: sed neqȝ vllum discrimen refugiam nec ipsius vitæ periculuȝ. Quare det mihi: quæso tua maiestas prolixioris sermonis veniam: & mei humillimi serui animum experiatur: sempiternam gratiam me accepisse rebor: si in tuorum me grege ascriptum cognouero: cuius inexplicabilis beneficii Deus altissimus creator mundi: princeps: optimus: maximus: & semper viuens condignā rependat gratiam: & tuam semper gloriam seruet incolumem: & gloriosum nomen ad astra tollat. Dixi.

Conclusio.

¶ Augustini Dathi oratio. lii. quam habuit eius filius Nicolaus apud illustrem principem Mantuanorum Ludouicum Marchionem: in archiepiscopatu in conuiuio: dum adesset reuerendissimus dominus cardinalis Senensis: & alii episcopi: & prælati: & magna circunstantium corona. v. Calen. Octobris.



Soluit semper Senensis ciuitas illustrissime princeps: eos omnes qui inter Italiæ potentatus virtute floresc͡unt: & gloria Vna Gonȝaga domus viros splendidos tulit semper: & summa rerum omnium laude præstantes: cum vniuersa christiana repu. maxime concors: & cuȝ fidelibus populis præcipuo amore: & beniuolentia copulata. Sed tecū imprimis gloriose princeps coniunctissime viuit hæc patria: iustitiæ: trāquillitatis: quietis vna omnium appetentissima. Quod si morum studiorumqȝ similitudo: veram amicitiam nectit: merito tuam excellentissimam dignitatem complectitur: quippe qui sis pietatis: religionis: virtutis cultor diligens: iusti & recti seruātissimus: quasi quidem princeps pacis: & intra Italiæ fines fulgidum quoddam sapientiæ: inuicti animi moderationis exemplar. Itaqȝ te inclyte princeps: hilare & iucūde intuemur: lætantes tua prospera valitudine: præsertim si perfusus nostris salubribus aquis: firmiorem es incolumitatem adeptus. Deum quæsumus: vt salus ac lætus dulces lares repetas: & præclaram vrbem: ac feracem bonorum omnium Mantuā reuisas: vbi cum summa tuorum populorum prosperitate: pacato & longo æuo perfruaris: Senensis patriæ: & tui studiosissime præcipue semper memor. Postremo sis magne princeps perpetuo fœlix: quo iustior alter nec pietate viget: nec bello maior: & armis. Dixi.

Domus Gonȝaga.

¶ Augustini Dathi Oratio. LIII. ad Mantuanum principem salutandum.

Mos fuit semper illustrissime princeps huius ciuitatis: & patriæ: vt cum omnes sapientes viros: & magnos celebraret tum eos imprimis: qui propter summam virtutis: & sapientiæ laudem: in eorum numero censeātur: qui cæteris hominibus imperarent. Sed cum alii aliis de caussis imperandi gloriam fuerant affecu

ti:vna in tota Italia Gonzaga domus ita semper grauiter:innocenter: moderate Mantuanis:atq3 aliis populis suis prafuit: vt vere ad iuuandum humanum genus:& ad salutem ferendam hominibus domus ipsa tam splendida tamq3 praclara nata esse videatur. Hinc sunt multi per diuersa tempora profecti celebres:atq3 inclyti principes:sed modo tua viget excellentissima probitas per cunctos fidelium populos longe lateq3 diffusa. Quam in hac vrbe & opulentissima ciuitate prasentem intueri fortunatissimum iudicamus. Aguntur deo grates:qui in nostris balneis voluerit tuam excellentissimam validiorem fieri:quasumus: vt semper is illustrissime princeps vbiq3 gentium clarus:& semper foelix:& qui cunctorum habet potestatem:reddat te Mantua incolumem:& Senensi patria:vt semper fuit:ita posthac amicissimum perseuerantem.

Dixi.

Augustini Dathi Oratio.liiii.ac veluti prafatio quedam:si quis cupiat blandiri Regi.

Ereor ne me quisq̃ aut inpudentem:aut arrogantem eē arbitretur:Serenissime prynceps qui coram preclaro tua maiestatis conspectu verba facere ausim in quo nec dicēdi facultas: nec orationis nitor:nec vlla prsum eruditio:aut doctrina inesse cernitur. Nā prohibebat ingenii imbecilitas:imperitia:me a dicendo deterrebat. Veruntamen comperta michi tua Serenitatis inaudita benignitate fretus vbertate quadam rei ipsius:de qua sermo mihi habendus est:fiduciam cepi a tue Maiestatis clemētia implorata venia Que igitur me cum ipse hodierna luce tacitus cogitaui: ea breui oratione complectar. Consueuerunt semper:optime princeps qui magnis rebus gerendis prefecti sunt imprimis iusticia:atq3 equitatis habere rationem. Deinde ea semper omni labore & studio tueri que a suis maioribus magna ac preclara susceperint:vt quam illi imperando laudem adepti essent:eandem ipsi in conseruando retinerent. Obliti autem suorum commodorum id sibi vel maxime proponunt magni Reges ac Principes. vt qui eorum ditioni parent:atq3 imperio subiacēt:ad bene viuēdi rationem:& ad rectam bonarum artium disciplinam cōpellatur Nam qui ad propriam vtilitatem sua consilia atq3 actiones conferunt hi profecto:si sapientibus credimus:non tam reges q̃ iniusti Principes sunt habendi. Merito igitur tua maiestas maximis ac precipuis digna est laudibus.

Dixi.

¶ Augu. dathi Oratio.lv.vice illius oratoris:qui verbis Domini alicuius:Regem Quempiam salutauerit & mandata ipsi sit eius Principis nomine narraturus.

Vm nichil sit:tua amplitudine:& maiestate preclarius nichil mea quidem sententia prestabilius vereor:ne si coram illustri conspectu sermonem faciam:et tue serenitati simul iniuriam fecisse videar & ipse in grauem reprehēsionem incurrā cum de rebus magnis apud regem preclarissimum silere satius sit q̃ nō satis pro dignitate loqui. At prebet fiduciam dicendi michi & audētē facit tue Serenitatis mira benignitas. Quam imprimis veneror eius qui me misit nomine Ducis. N. qui tue maiestati maxime affectus:et

in primis deditus ac deuotus est. Deinde eiusdem Principis iussu: oēs eius facultates ac vires tuæ maiestati defero ac policeor & illum testificor ita erga tuam celsitutinem affectum vt nichil fit quin cupide faciat atq3 exequatur: quot futurum intellexerit ad tuæ Maiestatis splendorē ac decus: quemadmodum vetus animorum & mutua charitas postulare dignoscitur: tuæ Serenitatis merita compellunt: & eiusdē principis deuota fides & affectus poscit. Postremum illius magnificentiam tuæ maiestatis deuotissimam summis precibus: & præcipua diligentia cōmēdo Veniam petens: qui nec domini mei iussibus sicut par erat & mandatis satisfecerim: nec tanti loci auctoritati: & tuæ Maiestatis splēdori. Cætera quæ michi exponenda sūt: cum imperauerit, tua maiestas: remotis arbitris: & opportuniore tempore prosequar.

Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio .lvi. vice Regis cuiuspiam aut Domini: qui respondere voluerit Oratori alicui nomine alterius principis mandata ferenti: & exponenti.



Omnes: qui ab illustri principe duce Bouariæ nos adeunt: & illius nomine alloquuntur: iucunde & intueri & audire cōsueuimus pro nostra vetere & firmissima amicitia: quæ cu3 magna inter maiores nostros extitit: tum indies auctaē et nunc maxime viget. Hac vero de causa: te magnifice orator cum summa animi nostri lætitia excipimus: cum illius mandata exposueris: quem ex omni amicoru3 numero: & nostri regni studiosi sunt magno amore complectitur: istius virtutem: probitatem: fidem: & sinceram beniuolentiam semp dileximus & in magno honore habuimus Quare magnam oblectationem suscepimus: & de iis quæ nobis relata abs te sunt: & quod grauiter atq3 ornatissime locutus es: nec reuerentiam quam humaniter affert: sed optimam affectionem accipimus: oblationes quoq3 gratissimæ nobis sunt ab eo: quem inter præcipuos et primarios nostros amicos reponimus. Ac vicissim ea nostra mens ē vt pro illius salute: honore: & voluntate non secus ꝙ pro nostri regni gloria laboremus: quotiens & opus acciderit: & ille nos postulauerit. Nec eum commendare necesse est: quem in intimo corde defixum gerimus. Te vero laudamus: qui eleganter & composite iniunctam legationem expleueris: & congruo tempore ad reliqua audiēda parati erimus

Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio .LVII. in visitatione alicuius principis amici. Hanc orationē in pueritia habuit dulcissimus filii nepos Hieronymus Dathus in visitatione legati illustrissimi principis Mantuanorum magna insignium circunstantium corona.



Quan ꝙ splēdidioribus verbis opus erat: magnifice princeps: exponam tamen breuiter animi mei sententiam. Vt igitur meo officio fungerer. & simul animi desiderio facerem satis: sum impræsentiarum executus: qđ iampridem in animo erat visere: & salutare ac vereri tuam magnificētiam: vt ita facilius tuæ magnificentiæ erga me vetus charitas reflorescat: & mea patefiat fides: beniuolentia: ac summa deuotio, Iucunde intueor tuæ. M. optatum cō

ſpectum:ei me offero ac deuoueo.& filium me obſequentiſſimum illi⸗us eſſe profiteor:eidem & plurimum me ac meos omnes commendo: ſignificans nihil mihi poſſe contingere gratius: ꝙ mihi ab tua.M. ali⸗quid imperari:quod eius vel honori;vel commodo eſſe poſſit. Quod ſi hoc officium meæ deuotioni aptiſſimu ſerius fortaſſe expleuerim: ve niam peto:& iuſtam cauſam accipi a tua .M. cum antea nulla ſit mihi oblata facultas:& ipſa me purget abſentia:quam fecit neceſſitas: non voluntas. Quod autem præſentia minus fecit:cupidiſſimus animus et mens deuota ſuppleuit. Poſtremo ero vbiq; & ſemper tuæ.M. para⸗tus iuſſibus temperare.

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.LVIII.pro eo:qui patri reduci & am pliſſimis viſo honoribus gratulatur:atq; extollit modeſte tamen paternas virtutes ac præceptorem doctiſſimum boni diſcipuli fũ ctus officio:plurimum patri commendat:ac laudat.

Incredibili animus affectus eſt gaudio:& in mirum mo dum exultat:magnifice orator:eques præſtantiſſime:ac metuende pater:cum te hodie præſentem intueor:& re⸗ducem nobis:quem vt bonos filios decet in optimos : atq; indulgen⸗tiſſimos parentes:miro deſiderio videre cupiebam: & alloqui : poſt moram longiorem : poſt duplicem legationem huius reipublicæ præclariſſimam:qua modo poſt alias tam multas : & huic patriæ om⸗nes longe vtiliſſimas honorifice functus es. Primum quidem apud il⸗luſtriſſimum Venetorum ducem:atq; potentiſſimum Italiæ principem apud quem tua iam pridem plurimum niteſcit virtus & gloria:tũ apud clariſſimum dominum:& Marchionem per illuſtrem Mantuanorum & in celeberrimis filii eius ac ſplendidiſſimis nuptiis. Tria ſunt igitur quæ mihi & vniuerſæ huic domui ampliſſimam afferunt voluptatem. Primum:quod munera hæc glorioſa:ſicut tua ſemper fuit conſuetudo grauiter:ſalubriter:& magna cum dignitate exegeris:deinde quod cũ ſumma tuæ laudis amplificatione:& incolumitate redieris. Poſtremo quod te præſente:te adiuuante:te monente ad litterarum ſtudia . & ad præclaras artes adipiſcendas impellar. Quoniam non ſolum tua ſa⸗pientia:& conſilio tuæ ſemper reipublicæ profuiſti:ſed tuis liberis:ho⸗neſte:& diligenter educandis:& paternum amorem:& flagrantiſſimã charitatẽ:& ſtudium accuratiſſimum ſemper exhibuiſti. Itaq; intelli⸗go id munus noſtrum:& officium eſſe:vt cum tantæ gloriæ ſeminaria a tua virtute & ſapientia:in hanc familiam proficiſcantur : deprecemur æternum principem Deum:vt te nobis longo æuo cuſtodiat:atq; con⸗ſeruet: vt per tuam eruditionem poſſimus facilius tuam probitatem imitari:& laudem. Poſtremo cum dederis præceptorem doctiſſimum virum : & laudatiſſimis præditum moribus : & omnibus bonis diſci⸗plinis ornatum:qui omni cura.ſtudio:& amore : ſua nos optima : & præclara doctrina imbuit:Dominum Petrum ciuilis iuris profeſſorem cum ſit claris maioribus:& nobili genere ortus:& in rebus bonis: ma gniſq; verſatus:commendo illum tibi cunctis precibus: cui quicquid

Exordium.

Narratio.

Diuiſio.

præstabis vel amoris vel honoris:erit michi gratissimū:qui me illi mul tum debere profiteor. Dixi.

¶ Augustini Dathi oratio .lix. vice illius qui nomine subditæ ciuitatis ac subiecti populi regem salutat suum:dominū profitetur et qua mortalem principem decet veneratione : atq3 adoratione prosequitur:et fidem iure etiam iurando adhibito inuiolabilem pollicetur ac perpetuā sese publico nomine obedientiā p̄staturū.

Tradunt philosophi & sapientes viri:ita hominum naturam comparatā esse.Rex inuictissime ac serenissime princeps : vt alios imperare & obedire necesse sit. sed iis congruere imperandi dignitatē qui sapientia:qui ingenti acumine : qui virtutis præstantia:qui rationis:& consilii magnitudine cæteros antecellunt : qui iusticiam & bonitatem cōplectuntur qui ad homines iuuandos conseruandosq3 nati videntur:& nichil sequuntur magis q̄ cōmunem hominum salutem:atq3 vtilitatem:quos vere ad impetrandū:& ad regendū hominū cœtus natura tulisse creditur. Qui belli gloria qui pacis tranquillitate:ita gubernandi rationē moderatur:vt nihil sit:quod ab eis non laudabiliter p̄clare:vtiliter:splendideq3 geratur.& qui illorum ditioni seruiunt beate quantū in terris:& in hac mortaliū varietate fas est:viuere videantur.Tales proculdubio tuos serenissimos progenitores & auctores splendidissimi tui generis semper fuisse cognouimus. Talem te quantum in huncusq3 diem nosse datum est:& animaduertimus a teneris ætatis tuæ rudimentis.& per omnes ætatis gradus percapimus:& multo maxime posthac fore sine dubitatione confidimus. Nam et bona arbor bonos fructus facit : & ex gloriosissima tua stirpe pullularunt semper qui optime:& salubriter regant sibi cōmissos populos.Laudamus dominū de celis:laudamus deum in excelsis: qui dedit principem nobis:cuius virtus ammiranda est:& iuste regnum in manu eius:& potestas & imperium: de quo recte cantare possit celeberrimus vates.Rex est clarus nobis quo iustior alter:Nec pietate fuit: nec belio maior & armis. Quod igitur ratio cogit:tuæ serenitatis regrunt merita.nostra voluntas inducit:āmirabilis virtutis sue splendor postulat regem nostrum.& verum dominū recognoscimus:veneramur & sacrā maiestatem tuam:quantū fas est.adoramus:vt pote quæ a deo est:& fidem sinceritatem:et summā obedientiā damus paciscimur:& inuiolatam fore profitemur.vitam.liberos:fortunas:facultates omnia naturæ dona:tue maiestati dicamus cupidi nichil malle: q̄ tuis iussibus obtemperare:& obedire mandatis:& pro tuæ maiestatis salute:atq3 exaltatione:omnia humana contēnere:vitam negligere:sanguinē fundere Hæc nostra & totius populi huius mens:hæc voluntas:hoc firmū propositum est:et irreuocabile decretū: pro quo ad vltimos vitæ spiritus conseruando:sicut vere & voluntariæ subiectos decet:fide nos:& iureiurando astringimus orantes dei clementiam flexis genibus: vt tuam maiestatem in vitæ longitudine & fœlicitate tueatur: et cum præclara sobole vt eiusdem quoq3 cum tua maiestate filios videamus:& pignora chara nepotum. Dixi.

¶ Augustini dathi oratio.lx.vice principis responsiua superioribus.


Mnipotentis Dei, qui omnem mundum regit: ordinem putare debemus dilectissimi filii: vt alii ad regendum cōstituantur: alii in suis operibus & actionibus a principibus dirigātur: sed omnis potestas sublimi Dei potestati subiecta ē: vt nihil fieri oporteat: nisi quod legibus diuinis atq3 humanis: & iusticiæ atq3 æquitati consentaneum sit. Cumq3 placuerit æterno principi: nos in hoc solio collocare: et huic muneri præficere: non ex vlla nostra sufficientia: quæ omnis (vt ait Apostolus) ex deo est: sed ex eius dispositione commoti: omnibus conatibus & cunctis ingenii viribus contendemus ac laborabimus: illius implere voluntatem: spem omnem ab eius gratia. atq3 immēsa benignitate sumentes. Nec nostris meritis tantos honores tribuimus: sed inscrutabili dei iudicio: qui sæpe suscitat a terra inopem: & de stercore erigit pauperem: vt sedeat cum principibus. Itaq3 ante omnia oramus eius numen: qui humilia respicit in cælo: & in terra: vt abunde dare dignetur: & suæ immensæ largitatis infundere gratiam: vt placere sibi: & consulere vestris commodis: & saluti queam. De vestra deuotione et fide certissimi sumus: optimam voluntatem: & sincerum erga nos affectum: & cognouimus: & esse nobis persuademus. Hoc accipimus tanq̄ singulare. & preciosissimum donum. Et eam putamus esse turrem fortitudinis a facie inimicorum omnium. Vos q̄ chari: q̄ dilecti sitis: q̄ prodesse & iuuare cupiamus: a fructibus & operibus iudicate. Veterez seruate fidem: & iidem quos existimamus esse perseuerate. Vnam eādē q3 & vestræ salutis. & nostri regni sortem: & communem futuram semper putabimus. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio. lxi. ad idem.


Estra nobis optima voluntas: sincera deuotio: vetus obseruantia: incorrupta fides: flagrantissima charitas notæ sunt. Sunt ob id nobis gratissimæ. Accipimus: quæ fideliter oblata sunt: cupientes prodesse vobis & vestram salutem: & tranquillitatem tueri. Nostrum propositum: si iuuerit deus: salutares affectus comprobabunt. Dixi. Proloquium

¶ Aug. Dathi pro legato principis alicuius: cui fuerit bellum indictum oratio. lxii. ad regem: a quo consilium: simul & auxilium petit supplice voto.

D Vm imperitiam meam ac ruditatem considero gloriosissime princeps: dum altera ex parte sublimitatem intueor: & amirabilem tuæ maiestatis splendorem: tacuissem lōge libentius: q̄ fuissem locutus coram præclaro ac gloriosissimo tuæ serenitatis conspectu. Cæterum cum ad immensam maiestatis tuæ benignitatem animum mentemq3 conuerto: nequaq̄ vereor quin me tua serenitas benignis atq3 attentis auribus audire dignetur per breuem orationem: quam nunc allaturus sum ad dicendum me iussum illustris principis & domini mei compellente iussu. Rem omnem paucis absoluam: & eius quem commemoraui: mandata breui sermone perstringā: Narratio sperans a tuæ maiestatis clæmentia veniam impetraturum: sed affectu

turum quoq3 optatos effectus:eorum quæ et ipse explicaturus sum: & fidenter petit præclarus dominus meus tuæ obseruantissimus maiesta tis. Nam is quidem habuit semper:vt plane constare arbitratur:maie statem tuam præcipuum patrem.ac benefactorem primarium:& omni bus in rebus singulare profugium:quod quidem sibi semper fore propi tium:& præsentissimum confidit:si quid agendum contingat.quod ad sui status conseruationem:tutelam:firmitatem:& tutissimam ac secu rissimam quietem pertinere queat:nō secus ꝙ optimus filius de studio so:indulgentissimo:atq3 amantissimo patre sperare consueuit. Sed hæc tuæ serenitati nota:& explorata esse non dubitat. Nunc quod superest:

Diuisio. expediam. Primum igitur illustris dominus meus vehementer se:ac p̄ cipua cum deuotione tuæ maiestati commendat:sed & principatum su um omnem:& omnes quascunq3 possidet facultates et sui principatus vires. Quoniam summa est eius erga tuam serenitatem beniuolentia singularis fides:et sincera deuotio:seq3 ipsum promptissimū:atq3 ala crem offert lætissimo animo semper tuæ maiestatis parere atq3 obtem perare iussibus. Quam ꝙ hoc ipsum exploratissimum est tuæ serenita ti:& apud eandem sæpenumero explicatum:tum latius tum splendidi us ab eius eloquentissimis oratoribus:& qui me tam dicendi copia: ꝙ rerum omnium doctrina ac laude superant. Sequitur & alia legationis

Totilia dux. causa:quæ merito cum tua serenitate impartiri debet. Nam Totilia dux exercitus.& qui pro Aegyptiorum rege militare fertur.cum nulla præcesserit iniuria:cum nihil rei sit illi cum meo illustri domino:tamē nuper ei bellum indixit. Millies sexagies aureum petit: ia insequatur:ex cursionem:prædam:& hostilia quæq3 minitatur. Ad hæc conspirasse fi nitimas ciuitates agnouit meus dominus:qui acri pollet ingenio:so lerti præstat industria:et mira quadam prouidentia futurorum: & con iuratas moliri contra se bellum:et noua tentare incendia:vtrundiq3 cir cunuentus & multorum pressus insidiis propriis:nec prospicere rebus: nec seruare possit status sui firmitatem. Iacula minus feriunt:quæ præui dentur. Certe ipse non fallitur:iniquas cogitationes:& pestifera consi lia callet eorum:qui nihil nisi fraudem & iniuriam et vim machinantur Vitam bonorum & sanguinem sitire videntur. Nocere & obesse studiū est:a quibus præter pretium nihil expetendum iudicatur. Nec bonoru3 nec malorum delectum habent. Omnia se adeptos putant:si probis et quietis cladem et excidium intulerint. Ad horum insaniam atq3 inso lentiam subigendam:& ipse dominus meus accingitur:& eos instituit compellere atq3 excitare:quos secum iusticiæ.et ocii appetentissimos esse intellexerit. Itaq3 ad tuam coronam imprimis confugere necesse es se statuit:& iudicauit:quæ semper iusticia3 dilexit atq3 æquitatem:quæ execratur malignantium cogitationes & improborum fraudes:ac mo limina:quæ iura diuina:& humana tuetur:quæ adest semper iniuste op pressis:quæ insidiantium hominum & tyrannorum omnium propulsat iniurias:quæ ad se cōfugientibus opem atq3 auxilium præbet. Idcirco illustris dominus meus tuæ deuotissimus maiestatis: testem deum vo cat:fidem mortalium inuocat:nihil a se ortum esse: quod dignum sit eiusmodi minitationibus:nihil commeruisse:nihil occupasse alienum:

et nocendi acerbitate non vlla iusta causa commoueri Totiliam ad denuntiandum bellorum initium. Hoc queritur: hoc dolet: & cum tua serenitate illius postulat iniuriam: et eam orat: atq3 obsecrat: vt iusta et oportuna his malis remedia conferat: & quid omnibus in rebus agi conueniat: & fieri oporteat: consilium simul atq3 auxilium petit: id secuturus: id effecturus quod tam pro honestatis: ꝙ pro vtilitatis ptibus: tua censuerit & monuerit sacra maiestas: supplex ego illius verbis: harum rerum responsum operior: testificans illius spem omnem in tuæ maiestatis benignitate sitam: & collocataȝ esse. Si quid forte minus apte ex posuerim: veniam imploro: ac rursum cōmendo deuotissimis precibus principem ipsum: & dominum meum tuæ maiestati: quam scimus optime & saluberrime saluti et tranquillitati illius consulturam. Conduste.

Dixi.


¶ Augustini Dathi Oratio.lxiii. pro præceptore: vel consiliario principis alicuius: qui reprræbendere vult suum dominū: quod indecenter & indecore fuerit iratus in aliquem.

E Os maxime probare solent viri sapientes: qui omnibus in rebus mediocritatem seruauerint. In ea virtus sita est vel est ipsa potius mediocritas virtus. Quorsum hoc. Dicam fidenter ea fiducia: quam tua humanitas præstare consueuit. Cum te hodie legatus Celtiberorum alloqueretur: nimium iratus es: & præter ꝙ tuam deceret dignitatem. Nam illud in vita apprime vtile cēsent præsertim in eius vita: qui ad res magnas: et ad decus natus est: vt ne quid nimis. Quæ vox Chilonis sapientis vnius ex septem fuisse traditur. Ac laudabat imprimis Pythagoras Samius in cunctis rebus mensuram: & eam optimam esse autumabat. Itaq3 non inscite Flaccus cecinit. Chilonis vox. Pytha. Samius. Horatius.

Est modus in rebus: sunt certi deniq3 fines:
Quod vltra: citraq3 nequit consistere rectum.

Irascimini inquit sacer Vates: sed adiecit. Et nolite peccare. Nec solem pati debemus occidere super iracundiam nostram: vt diuus præcepit Apostolus. Dauid. ¶ Cum sis igitur clarissimus rerum omniū princeps: fac ne te vlla perturbatio vincat: sed in omnes inuictum animum gere: hoc autem si cognouero: gratum fuisse: apud te habebo tibi ingentem gratiam Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio.lxiiii. pro eo qui ex gymnasio studiorum: ad proprios rediens lares: suum visit ac salutat dominum.



Equum duxi: & par esse existimaui illustrissime priceps vt cum diutissime: ac longe a parentibus: & patriæ finibus: doctrinæ adipiscendæ gratia: fuerim peregrinatus: ac versatus longo tempore exercitatione dicendi: et dulces modo post longa studiorum curricula, repetens lares: adeam primum præclarum tuæ illustrissimæ dominationis conspectum.

Quem cũ summa in præsentiarũ iucunditate intuear. cum michi tua presentia: et laribus ipsis & focis: & cunctis humanis rebus debeat esse iucundior tuam excellentiã qua seruuꝫ decet animi deuotione cõplector: maximam illi exhibeo reuerentiã fidẽ polliceor: animi deniqꝫ affectum omnẽ deuoueo. Habebit me tua illustrissima dominatio quẽad modum & charos progenitores. & meos gentiles omnes si nõ pruden tem: certe tamen fidissimũ seruum. Nec putabo me studiorum laborum ac vigiliarũ quæ omnia & longa et necessaria sunt in cognitione iuris: et doctrinæ laude adipiscenda fructum ampliorem: & præmium vberius assecuturum: ꝙ si aliqua ex parte tuæ illustrissimæ dñationi obsequi valeam ac iustissimis illius iussibus temperare. Cõmendo me supplíciter excellentiæ tue atqꝫ amplissime dignitati: quæ semper domũ meam vniuersam & sectatores studiorum ac sacris iuris professores magno amore: incredibili studio. & summis fauoribus prosequuta est. Sed nolo vel esse longior vel dicendo molestus. Oro ecclesie numen: & superos omnes vt tuam illustrissimam amplitudinẽ: & longo æuo & cuꝫ summa fœlicitate tueatur. Dixi.

Gentiles

Augustini Dathi oratio. lxv. quum Senensis nomine reipublicæ visit ac salutauit vna cũ nonnullis aliis ciuibus ornatissimis Daciæ regem Romã ad sacra apostolorum Petri ac Pauli adoranda limina venientem.

Salue rex serenissime atqꝫ illustrissime princeps: veniunt hi ciues patres mei: iussi & missi a nostris magnificis dominis: & excelsis huius ciuitatis magistratibus: quorum nomine hæc mandata sunt nobis apud tuam serenissimam maiestatem. Hæc ciuitas et Senensis populus plurimum diligit. & magno amore cõplectitur inter fideles populos clarissima regna Daciæ: Suetiæ: ac Nouergiæ: & finitimos eis ac circum adiacentes populos. Tuam autem inclytam maiestatem illorum principeꝫ catholicæ fidei: & christiane religionis studiosissimum colit: reueretur ac magno honore prosequitur: nec minore affectu: quod longiore distunctione locorum distare videatur. Quonia etiam intima quæqꝫ: & remotissima regna: & vltimas terrarũ regiones penetrat charitas: & pertingit beniuolentiæ magnitudo. Igitur ꝓpter regnorum splendorem: propter summaꝫ virtutis: sapientiæ: religionis magnitudinem: laudem & amplitudinem: propter fidei christianæ feruorem insidet gloriosum nomen tuæ maiestatis in ciuium nostrorum præcordiis: et omnium Senensium pectoribus. Quare nostri manifici: atqꝫ excelsi domini tota ciuitas: & vniuersus Senensium populus valde letantur: & gaudent tuæ serenitatis aduẽtu: & optatissimo eius per nostram vrbem transitu. Gratulantur tuæ maiestatis fœlicitati presentiaꝫ eius gratissimam ac iucundissimam venerantur. Statum huius reipublicæ: facultates ac fortunas huius ciuitatis celsitudini tuæ paratissimas offerunt. & ad eius obsequium vbiqꝫ ac semper vere propensas. Et cuꝫ ad sãcta beatorum apostolorum Petri et pauli limina: & ad sacrosanctam apostolicam sedem: & Romanam vrbem tua proficiscatur maiestas: precamur optimi dei sublimitatem vt accessum: moram ac redituꝫ fœlicissimum largiatur cum augmento fœlicitatis & gloriæ. Sed alia multa: quæ dicenda erant: pro amoris abundantia: & reuerentiæ debi

Regnuꝫ Daciæ.

to:horum patrum sapientia & facundia:que multo maior est: poterit copiosius explicare et abunde supplere. Commendamus nos omnes tuæ illustrissimæ ac serenissimæ maiestati quam clementissimus deus ad prospera cuncta fortunare dignetur. Erūt Senenses tuæ maiestatis optimi semper ac deuotissimi filii Dixi.

¶ Augustini Dathi oratio .lxvi. ad eundem regem roma redeuntem ad proprios lares.

M Agnificant nostri magistratus:& populus nostertuam rex serenissime maiestatem:Senenses omnes gloriam regni tui dicunt. Præclarum tuæ serenitatis nomen insidet & in intimis nostris versatur pectoribus. Quare tuā veneramur maiestatem humiliter salutantes:gratissimo eius lætamur aspectu. A sanctis apostolorum liminibus redeunti fœliciter gatulamur. Prosperum ad sua clarissima regna & optamus:& præcamur regressum:Hanc ciuitatē:& statum eius tuæ maiestati deuotissime commendamus. Eius facultates:ac fortunas omnes tuo pollicemur obsequio:& parata ciuium corda: & omnium Senensium mentes vbiq3:& semper tuæ promptissimas voluntati Existimantes:& certo persuadentes nobis. te regem piissimum fideli corde:& magno atq3 excælso animo:& constanti proposito sanctam christi religionem tueri:catholicæ ecclesiæ augere dignitatem:& gloriam & simul nostram paterno affectu amore rempublicam. Prosperum iter esto maiestati tuæ:& angelo duce fœlix quæsumus regrediaris in patriam vbi longo:& beato æuo fruaris. Sit iterum fœlix tua maiestas quam exultantibus animis presentem intuemur:& absentem.

Dixi.

¶ Augustini dathi oratio .lxvii: pro associato agente gratias comitantibus.

q Vam grata ꝙ iucunda fuerit associandi benignitas viri præstantissimi atq3 optimi patres:nemo satis oratione & verbis valeat explicare. Comperta est & summa humanitate cōprobata optima vestrorum animorum volūtas & gratia Quod omne nomine magnifici rectoris nostri & domini mei pro magno & maxime liberali accipitur beneficio:ac magnæ ob eam largitatis magnitudinem vestris meritis agantur gratiæ:quas clementissimus deus dignetur rependere. Ac discedat quisq3 pro libito.

Dixi.

¶ Augustini dathi oratio .lxviii. ad commendandum:qui bene aliquid administrauerit.

d Ignum atq3 æquum putari solet viri & patres honorandi: vt fideliter laborantibus iusta ac debita rependatur mercedis gratia. Nam ita res humanæ bene laudabiliterq3 geruntur: si dei æterni principis pro captu fragilitatis nostræ seruētur vestigia:qui male agentibus penam ac supplicium impendit. bene operantibus rependit præmia:nouit vestra sapientia fidem: diligentiam :seruitutem meam ac deuotissimum animum:& promptam ad seruiendum vestris iussibus volūtatem:facultas forsan defuit:fides & bona mēs atq3 ani

mus certe defuit num ꝙ Proinde vestra benignitate fretus oro:atq3 ob secro:vt quantum instituta vestræ vniuersitatis sanxerunt: seruitorem hunc vestrum fidelem ac deuotissimum suscipiatis:qui se in vestram benignitatem & præcipuam virtutem totis viribus cōmendat.

Dixi.

¶ Augustini Dathi oratio.lxix.ad seipsum pro suscepto labore commendandum.

Mnia iura diuina & humana suadent : ac postulare videntur viri præstantissimi atq3 obseruādi patres vt iusta laborantibus præmia debeantur. Omnis bene constituta lex ꝙ recta hominum consuetudo id iubet:id præcipit:vt reddatur cuiq3 quod suum est. Quocirca & veteres sapientes iusticiam diffinire consueuerūt: constantem ac perpetuam voluntatem:ius suum vnicuiq3 tribuentem. Hanc ego sententiam cum iampridem diligentius considerassem:vt tribuerem vobis quod cō gruere vestris dignitatibus videretur:deuoui meipsum:& corpus & vitam tradidi:id sequens:id spectans:vt vestris inseruiam cōmodis : & voluntatibus ac iussibus satisfaciam:id vnum semper dies : ac noctes perficere atq3 explere conabor. Vos autem vicissim domini mei colendi vestra ope & liberalitate seruitorem fidelissimum (vt ego arbitror) iuuare debetis:& eum qui in vestra solum benignitate confidit cōmendatum suscipere:vt vestra mercede fulctus possim vsq3 ad extremum vitæ spiritu3 vestre amplitudini iugiter famulari. Quare vestram imploro humanitatem:vt ita me commendatum habere dignetur:vt per vestram liberalitatem pateat gratum esse:quod facio:& acceptam operaȝ quam sincere fideliterq3 exhibeo. Dixi.

Iusticiæ definitio.

¶ Augustini Dathi oratio.lxx. ad gratiam agendam

Eneficiorum magnitudo patres amplissimi & benefactores præcipui ingentem quoq3 gratiam rependi postulat. Vestra autem in me collata benignitas maior est ꝙ vt a mea imbecillitate retribui possit. Itaq3 statuo nō esse relictam mihi referendæ gratiæ potestatem. Sed me consolatur illud:quod sapienter tradit eximius philosophus & orator. dum dicit. Nimirum inops ille si nō refert gratiam:habere tamen potest. Oro igitur vestram amplitudinem:vt metiatur non exiguas vires ad summam animi mei deuotionem ac fidem. Deum autem deprecor:vt pro talibus meritis:qui est bonorum omnium munerator:præmia digna rependat. Me vero habebitis omni tempore vestris iussibus atq3 imperiis paratissimum.

Mar. Tullius

Dixi.

¶ Augustini dathi oratio.lxxi.ad agendam vice alterius gratiam.



Ogit me magnifici ac celeberrimi rectoris nostri & domini mei auctoritas atq3 voluntas: vt vestris humanitatibus gratiam agere debeam. Superat id imbecillitatem meam. Sed contemptus præcepti (vt dicit Hieronymus) præcipientis iniuria est. Itaq3 patres præcellentissimi doctores insignes & vos eruditissimi viri:qui pro vestra humanitate tam grata præsentia dignati estis tam benignum præstare munus:primū dicitur gra

Hieronymus

tissimum fuisse vestram benignitatem & summam omnibus attulisse læ titiam: deinde amplissimæ vobis aguntur gratiæ: nõ quas vestra meretur summa humanitas: sed quas rependere potest eius facultas: qui a vobis hodierna die maximum accepisse beneficium pro itetur: deũ oramus vt retribuendi pro meritis & sæpius collætandi tribuat potestatẽ Dixi.

¶ Augustini dathi oratio.lxxii.ad laudãdam aliquorum fidem in patriam.

QVoniam consuetudo est: eorum: qui vero amore patriam ac singulari dilectione complectuntur & fide re ipsa indicare sinceram animi voluntatem & deuotissimum cordis affectũ cum nihil sit in omni rerum numero patria amabilius: nihil dulcius: & cunctis mortalibus prorsus acceptius. N. nobiles viri & magnificæ Senensis ciuitatis: vnde præclara illis origo est præcipua charitate studiosissimi: quos varietas fortunæ variis quoq; bellorum & calamitatum tempestatibus fatigauit: qui omnibus temporibus dulcissimæ patriæ totis viribus cunctis conatibus adhæserunt: & inconcussam fidem ac deuotionem seruauerunt: nunc quoq; vt certissimis documentis suam optimam dispositionem & fidei sinceritatem ostendant: & perspicuis iudiciis ac manifestis experimentis aperiant. &c. Dixi.

¶ Augustini Dathi oratio.lxxii.habita ab eo: quum prior summum magistratum ingrederetur.

LEgimus excellentissimi magistratus in veterum monumẽtis sacerdotibus & regibus morem fuisse: vt sceptra tenerent. Et latinus quidem is: qui quondam regnauit in latio: tanꝙ paterpatratus apud Vatem facundissimum sceptrum tenet: quippequi sacerdotibus fecialibus præfectus esset. Sed & celsa sedet rex optimus arce Sceptra tenens: mollitq; animos: et temperat iras. Sceptrum quoq; datur iis: qui amplissimos gerunt magistratus: sceptrũ inꝙ datur: quod est regium ac sacerdotale insigne: vt intelligant boni magistratus diuinam sibi & humanam legem imprimis esse seruandam: iusticiam colendam & pietatem: vt per iusticiam humanæ societatis saluti consulatur per pietatem vero prospiciatur diuini cultus honori. ¶ Hinc Scipio ille superior sexto apud. M. Lullium de repub. libro per quietem salubriter ad modum nepotem: & Aemilianum Scipionem admonens: iusticiam cole inquit & pietatem: que cũ magna in parentibus & propinquis tum in patria maxima est. Aegyptiorum olim celebris natio: quæ Osyrim venerabatur: & eundem solẽ esse putabat: insculpebat sceptrũ & in eo speciẽ & figurã oculi exprimebat: vt ostẽderet eos: q̃ ptãtem habẽt mẽtis oculis & altissima animi cogitatione circũspicere oportere q̃ regendis populis & gubernãdis ciuitatibus aptissima esse videãtur. Pastores & q̃ gregibus atq; armẽtis p̄sũt pedũ. i. pastoralẽ gestãt virgã Pastores Homero testãte sũt vtiq; populoꝝ principes: ac reꝝpublicaꝝ recto

Sacerdotũ & regũ mos tenendi sceptra. Vergilius

Scipio supior

Osyris

Homerus.

res:bonus autem pastor qui iuxta saluatoris vocem vel animam suam dat pro ouibus suis:quintuplicem virgam gestare perhibetur: virgam disciplinæ:per quam audacium & improborum hominum insolētia cō pescatur. Virgam potestatis:per quam iuste præsit:virgam cognitiōis et scientiæ:per quam instruat.virgam custodiæ:per quam iusticiam: liberalitatem:pacem:&legum disciplinam custodiat ac tueatur. Virgam miserationis per quam tenuioribus & iniuria laborantibus: pie misericorditerq; subueniat:virgam debellationis.per quam victoriam assequatur. Datur igitur virga prætoribus.propter disciplinam. Datur principibus:propter summam regēdi potestatem. Datur senioribus: in quibus sapientiæ munus excellit. Datur præsulibus ad custodiam obeundā Datur regibus ad mansuetudinem & clamentiam exercendam. Datur imperatoribus ad hostilem impetum cohercendum: atq; iniuriam ꝓpulsandam. Assumpsit zacharias propheta virgas duas: ac pauit gregē suum. Ac duæ virgæ quidem duæ sunt præclaræ eximiæq; virtutes: altera iustitia.altera mansuetudo:per quas possit qui imperat. Parcere subiectis:& debellare superbos. De quibus per prophetam dominus. Visitabo inquit eos in virga ferrea. Virgam auream tenebat Assuerus Rex eamq; flectebat iis:qui eius iniussu ipsius thalamum fuissent ingressi:vt liquido pateat populos ad obsequia atq; obedientiam principum erudiri oportere. Rhadamanthus & Eacus:Platone testāte. virgam tenēt dum iudicant. Minos vero considerans:sedet solus:habens aureum sceptrum:vt de eo inquit Vlixes apud Homerum vidisse sceptrum aureum tenentem.iura mortuis dantem. Et magistratus quoq; & rectum iudicii examen dispicere:& iustum iudicium debent iudicare. Nempe virga hæc iusticiam designat:& potestatem. Virga directionis:inquit: sacratissimus propheta:virga regni tui. Et virga quidem corripit delinquētes:quemadmoduȝ & baculus imbeciles tuetur:ac substinet. Virga tua ait Propheta:& baculus tuus ipsa me consolata sunt. Hæc virga in ꝙ:velut demissa cœlitus hostium vim arcet:ac deuitat insidias:dicente propheta. Virgam virtutis emittet dominus ex syon dominare in medio inimicorum tuorum. Quod si arca fœderis in veteri testamento Manna continebat & virgam:satis argumenti esse debet:magna in hoc præclaro insigni mysteria contineri. Sed quæ per virgam magna ac præclara signantur:magnifici ꝑdecessores & magistratus præclarissimi pro vestra singulari laude abunde affuerunt omnia:& quantum temporum ratio passa est.cuncta vestra sapientia illustrauit & virtus. Nos quoq; vt eadem assequamur:annuat totius mundi princeps:atq; ille rector Deus:in cuius ditione cuncta sunt posita:sacri quoq; faueant penates nostri:& patria numina imprimis superorum regina diua potens:Dei mater:& huius ciuitatis alma parens Maria:gloriosi Principes terræ Petrus & Paulus:quorum firmitate freta est Christiana religio:Martyres inclyti Crescentius:qui gratiam augeat: Ansanus:qui salutem impartiatur. Sauinus:qui sapientiam tribuat. Victor:qui & virtutem et victoriam largiatur: suffragantibus cœlitibus beatissimis: Confessore Insigni Bernardino: et Sacratissima Virgine Catherina: quos vt hæc tulit fœlix patria: ita quoque propitios sentiamus: vt tandem eo

Quibus datur virga

zacharias

Assuerus Rex

Rhadamāthus.
Eacus..
Minos

Rōestᵃ ;cōclusio

rum precibus: incorruptam libertatē: firmissimā pacem: summā ciuiūq; concordiam: amplissimā gloriam cū hostium omniū & aduersariorum excidio æternis tēporibus nostra teneat præclara resp. Nunc quod fœlix faustumq; sit nobis vobisq; ornatissimū sceptrū & gloriosum suscipiam ad laudem dei ac nostræ reip. decus. Dixi.

Augustini Dathi oratio. xxxix. ad agendam gratiā pro summo accepto beneficio.

Inter cuncta mortaliū opera domini ac patres insignes que multa ac varia humana exercet industria: nullum censent viri sapiētes nec maius omnino. nec præstabilius ꝙ iuuare homines ꝙ prodesse: dare salutem: afficere beneficio. Si vera locutus est Plato: qui nasci hominē nō sibi modo: sed patriæ & amicis luculēte tradit Si recte Stoici philosophi sentiūt: quibus placet homines hominū causa vtiq; esse generatores: si quod vel maxime animaduertendū est: salubriter humani generis saluator edicit: æque proximum ac seipsum diligendum: Quātis igitur dignū est laudibus ornatissimū hoc præclarūq; collegium. In eo enim cernere est patres amplissimos & in omni pene doctrinarū genere claros: qui cōmuni quodā iure sociati: & illo astricti atq; connexi vinculo: quo Platone testante omnes liberales atq; ingenuæ disciplinæ: & varia studiorū genera naturaliter copulantur: hāc florentissimam remp. cōsilio: virtute: prudentia vehementer exornant: et quod etiam mirifice laudandū est: iuuentutē educant: instruunt: erudiunt: ad honorem: ad vberem fructū: ad decus prouehunt. Multi perhibent testimoniū: vt mittant cæteros: en ipse adsum testis locuples: qui ꝙuis nullo dignus sim premio: effecit tamen hodie vestra beneficētia: vt perpetuo vestræ amplitudini sim obnoxius: eo in me collocato munere quo nullū michi poterat deferri maius prorsum atq; charius. Quod si nullum referenda gratia officiū magis necessarū est: incertus animi quo me vertam ad agendam nescio. Vincit pusillas vires beneficii ac muneris magnitudo. Faciā quod vel inopi & pauperrimo cuiq; tributum est: vt habeā quoad dabitur æthereа luce perfrui: quam nullo modo agere possim gratiā: referet ille: qui nullum patitur nec malū impunitum: nec bonum irremuneratū. Quem vt pro me sūma rependat premia suplex oro: & vtrasq; tendens ad sydera palmas. Dixi.

¶ Augustini dathi oratio. xl. pro canonico ascito in venerandorum patrum collegium.

Optaui: & datus est michi finis ille: venerabiles patres ac reuerendi domini: quem iampridem magno desiderio concupieram: vt ꝙꝙ fortasse nimium ab omnibus meritis alienū: tamen pro summa vestra erga me charitate pro maxima in deuotissimum filium beniuolentia pro tam paterno affectu: in hunc tantorū patrū cœtum me asciscere dignaremini. Faustus mihi & fœlix hic dies est: in quo post sanctissimi domini nostri pietatem in conferendo post fœlicis recordationis reuerendissimum dominū. N. in postulando video me tam benigne tam lætis animis tam paterno affectu a vestris summis humanitatibus & paternitatibus reuererendis fuisse susceptū. Quod quidē beneficium ꝙ magnum ꝙ præclarum ꝙq; præstans sit potius sua sponte liquescit ꝙ ab mea imbecillitate valeat explicari. Ita vt sim nescius

quas dignas possim pro talibus meritis rependere gratias: quādo beneficii magnitudo tam longe ingenii mei vires exuperat. Quare a go primum immortali deo immortales grates: tum piissimo pontifici atq3 eius vicario: qui me tanti muneris participē fecit. Postremo vestris humanitatibus: quæ me accipere instituerunt. Cunq3 nequeā tantis meritis satisfacere deprecor illum: qui nullū bonum irremuneratum patitur: vt pro me digna rependat præmia: me autē perpetuo tanq̄ deuotissimum filium vestris humanitatibus obsequentissimum dedo. ac deuoueo. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio. xli. pro eo qui publico nomine prætorez'alicuius deligit ciuitatis: ac designato præsidi nouum significat magistratum.

SEnensis respublica: Aeques insignis ac vir præstantissime id præcipua quadam & diligenti semper curauit industria: vt gerendis amplissimis magistratibus eos præficiat: quorū virtute: consilio atq3 auctoritate ciuitas recte & præclare regi: atq3 administrari possit: intelligens ex optimi rectoris gubernatione: nō modo iusticiæ custodiam: sed etiam populi vniuersi ac totius reip. pendere salutem. Cū igitur tuam habeat exploratam virtutē sapientiā: æquitatem: ac multarū rerum laudem eligentibus eius nomine his optimis patribus te futurum eius vrbis præsidem voluntarie ac perlibenter ascisciт ingressurum cum clarissimū magistratū Calen. Ianuariis: quæ propissime consequentur. Ea conditione atq3 eo fœdere quo cæteros eiusmodi magistratus optare ac diligere consueuit: vt per semestre tempus ei magistratui pro vetere instituto præsis ad summi dei gloriam senensis ciuitatis decus et tuæ illustrationem probitatis. Dixi.

¶ Aug. Dathi velut præfatio quædā atq3 oratio. xlii. censoria inter duos sententiam in senatu dicentes: quorum alter grauior: meliorq3: altera crior atq3 elationis animi videretur. Dixi.

EX omnibus quæ ex veterū scriptis legerim: illa michi probantur imprimis viri Senēses: quæ dicta a Catone in senatu scribit nobilis historicus Crispus Salustius: cū de Catilinæ coniuratione sententia versaretur. Quo tempore alia sentire. C. Cæsar: qui iam totus popularis esse videretur: & gerendas res per multas secū enimo volutaret: alia. M. Cato: qui præsenti rerum statu contentus esset: & salutem reip. atq3 ocium sequeretur. Splendidius Cæsaris ingenium latere non poterat: Catonis virtus ac seuerior grauitas in medium proferebatur Bene & composite Cæsar: scite & recte. M. Cato: hi bene viuendi studium: ille altissimum animū iudicabat. Mitto nunc popularem Cæsarem: Catonē amplector: qui dum romanos patres cōscriptos monet et Quirites instituit. Nos quoq3 & cupidiores beate agendi populos salutaribus p̄ceptis erudit: & optimā vitæ rationē docet quæ sequi quæ fugere ac vitare cōueniat: sapiēti oratione declarat. Priscā integritatē cōfert: labē virtutis ac frugalitatis & suorū tēporū prauitatē execratur

Crispus Salu.

¶ Aug. Dathi oratio. xliii. pro episcopo vel cardinali gubernatore alicuius vel ciuitatis vel prouinciæ: quādo ingreditur magistratum: & alloquitur prædecessorem.


N Orrea in me est dicendi facultas:nō is orationis splēdor reuerendissime in christo pater & dñe:vt vel rei amplitudini:vel loci & magistratus dignitati:vel deniq3 tam pclaro conspectui respondere vllo pacto queam. Quod cū ita sit:cæteris prætermissis quibus longe maiore eloquentia & vberiore dicēdi copia opus erat vtar ea clausula:quā maxime mihi amplissimū hūc ingredienti magistratum necessariā imprimis esse arbitror. Neq3 enim aliud eius:qui magistratu3 gerit:munus esse viri sapientes existimant ꝙ tueri iusticiā:atq3 æquale ius reddere:virtutis dignitatē conseruare:cōmissum populū studio & diligenti cura cōplecti:paci & tranquillitati consulere dare pro viribus præmia:honores deferre improbos vel supplicio mulctare : vel decori afficere:atq3 id deniq3 accurate semp intendere:quod elegantissimus Vates luculentis versibus cecinit.Parcere subiectis : & debellare superbos. Quod in sacris eloquiis multo certe melius præcipitur secundum apostoli vocē:atq3 æterni principis imitationē: superbis resistere:dar humilibus gratia.Cū igitur ea mens sit sanctissimi domini nostri ac beatissimi pontificis:qui me huic amplissimo muneri pficere dignatus est:cum id sit firmum ac tenacissimum cordis mei propositum adhibita tuæ reuerendissimæ dñationis auctoritate & præclaro eius mihi exēplo pposito:ea curabo dies noctesq3 pficere contenda3:per quæ quantum in me sit & summi pontificis iussibus & huius præclarissimæ ciuitatis dignitati satisfiat. Quod si cætera defuerint fides/studiū diligens cura/rectu3 propositū:assiduus labor certe nō deerit:atq3 ita imploro summi dei maiestatē:vt mihi semper psens pro ineffabili clementia & propitia dignetur assistere:Postremo iureiurando me astringo ea effecturū omnia: ꝙ pro huius magnificæ ciuitatis vel instituto:vel consuetudine huius magistratus officio iure cōueniant ad laudē dei.Dixi.

¶ Augustini Dathi oratio .xliiii. Ad agendā gratiā pro accepto beneficio in designatione magistratus

N Vnquā sufficerent vires ingenii optimi ac venerandi patres ad dignas grates persoluendas vestræ amplitudini: ꝙ me hodie tantis honoribus & tam præclaro munere afficere ac decorare dignata est:quod omne intelligo ab ingenti humanitate:& sola vestrarum dominationū beneficentia:nullis imbecillitatis meæ interuenietibus meritis.absq3 dubio fuisse profectū. Video me tantis ornamentis prorsus indignū:cū ad tanti officii regimē atq3 ministeriu3 opus sit magno consilio singulari prudentia:exqsita doctrina ac præcipua deniq3 auctoritate. Quarū me noui rerū expertem:& a tantis muneribus alienū:sed maximo animus exultat gaudio.inuenisse magnam in conspectu tantorū patrum gratiā. Ea res in magna reponitur fœlicitatis meæ parte. Et cum nihil satis dignū possim rependere: & quod beneficii magnitudini cōgruat:primū fundam ad piissimū conditorē: ac redemptorem preces:vt pro me dignetur clementer pmia digna ferre.Deinde quod in me erit fidem/studiū:laborem:diligentiā: solertia3 vigilias incessanter adhibere conabor.vt diuinis honoribus officii dignitati:vestrarū dominationum decori satisfaciam. Ad quod perficiendum spero semper diuinam quoq3 gratiam affuturam. Dixi.

¶ Praecellentissimi Oratoris Augustini Dathi Senēsis Quintus orationū liber: continens orationes funebres fœliciter incipit.

¶ Augustini Dathi Oratio .I. in funere Loysii cōparii clarissimi equitis: & ciuis Senensis peraegregii.



RAECLARI legislatoris & iuris consultorum Magnifici magistratus: ac viri patres: illa praeclara vox qua & vere simul: & sapienter dicitur: eos qui pro re publica ceciderunt: in perpetuum per gloriam viuere existimandos. Patria nanq; est: cui secūdum immortalem Deum ac superos: summa omnia studia: summa debētur officia. Patria enim quemadmodum parentes: & ipsa nostrum genus est ac verum natalis nostri primordium: quippe quae gignit: alit: educat: instituit: in domo & sede collocat: adiumenta vitae: ac varia ornamēta suppeditat. Haec focos & lares: haec penates nostros capit. Haec antiqua omnia continet: parentes: liberos: ꝓpinquos: familiares perpetuas vitae socias coniuges: dulces amicos: sepulcra maiorum: Omnes omnium charitates vna ac sola complectitur

Plato. Huic potius: ꝙ nobis nati sumus. Haec Platone teste magnā sibi ortus nostri partem vendicat. Huic prima vitae tempora per roboris ac fortitudinis opera per bellicam exercitationem: per gerendarum rerum laudem iure debentur. Media vero per consilii: ac sapientiae rationem: per iusticiae cultum: per reliquarum virtutum praeclara munera: patriae itidē impartiri debemus. Ita leges iubent: ita monent iura: ita sapientum ꝓcepta constituunt: quae neminem nisi confectum senio ocio reddunt ac feriari patiūtur: vt non iniuria pulcherrimam philosophiae partem tra-

Euphrates Syrius. diderit Euphrates Syrius: agere negocium publicum: & in optima reipublicae āministratione versari. Loysius noster cōparius: nobilis eques

Loysius Cōpar. atq; imperatoria maiestate comes: cui hodie parentamus ac tristes inferias persoluimus: iure nobis laudandus occurrit: qui ꝙdiu vixit: bene et cum virtute vixit: patriam iuuit: reipublice profuit: communi vti-

Zeno Cittiaeus. litati prospexit: tādem pro republica cecidit: quod Zeno Cittiaeus Stoicorum princeps suadebat pro patriae vtilitate mortem occubuit. Itaq; immortalitatem affecutus: vere in perpetuum per gloriam viuere creditur. Non est autem mors deflenda: quam immortalitas consequatur. Non igitur luctui: non moerori: non fletibus: non lachrymis locus es-

Mors phiae. se debet. Taceo philosophiae mortem: quae vitam sapiētis exercet: & ad

Mors naturae vitam meliorem aditum expeditissimum parat. Mors naturae lugenda non est: quae naturae animantium dissolutio est: & quod ad hominē spectat animi a corpore separatio. Hanc leuat moriēdi necessitas: quae (vt

Claudianus. ait Lysias magnus orator) bonis & malis communis est: ac neq; igna-

Macrobius Platonicus uos despiciens: neq; parcens probis parem se cūctis praestat. Vere Claudianus inquit. Omnia mors aequat. Haec (vt ait Macrobius Platonicus

Seneca Stoicus insignis) pari constantia nec veniens per naturam timenda est: nec cōtra ordinem cogenda naturae. Mors enim (vt ait acer Stoicus. L. Seneca) naturae lex est: ac tributum officiumq; mortalium: quae non modo malum non est: sed malorum omnium remedium potius. Bene igitur

M.Tullius ad. A.Torquatum scribit Mori nemo sapiens miserum dixit ne beato quidem.illa autē mors quæ æterni doloris perpessio definitur facile a viro bono ac sapiente vitatur.Ab ea vindicat vita bene & innocenter acta.Virum iustum mortis supplicium nō tangit.Atqui Loysius vir fuit in:omni vita probatissimus:domi vtilis:foris clarus:vir bonus in ꝙ ciuismodestus:pornatus eques:studio suspatriæ sectator honestus plenus fidei amans doctrinæ:& literarum:sed et pius in deum socio innocens integer vitæ ac sceleris:purus minime elatus:alieni abstinens qui semper nequitiam exosus citra malam vixit etatem obsene fugitās voluptatis.Summis quibusq3 in nostra Republica functus honoribus. non ditari:sed laudari studuit.Peregre egressus vbiq3 laudem ꝓbitatis auxit.Nam obiuit Legatus Romam Neapolim Mediolanū:alias ꝑterea claras vrbes.Variis tēporibus Pontifices Maximos Sūmos Principes ac Reges legatus conuenit nouissime vero eum:qui opulentissimo ac preclarissimo Regno præest.Ferdinandum clarum decus italiæ:principem pacis:propugnatorem bonorum improborū debellatorē domitorem eorū:que inuicta putantur mala audaciæ ac superbiæ:qui omnia consilio moderatur:iusticia tuetur:tranquillitate componit.Apud quē dum Loysius diuersatur et pro Senensi populo nuptiarum lætitiam cōplet:contracto morbo:tandem rebus excessit humanis.Bene Isocrates ad Demonicum.Mori egregie proprium generosis natura contribuit. Loysius qui in florenti republica:floruit in florentissimo regno florēti legatione:defunctus:in florentissima conuentus celebritate:in florēti rerum statu desideratus est.Vt intam perfecto cuiusdam humanæ fœlicitatis gradu optime de illo sperandum videatur·Testantur viri religiosi presertim quipiam ac frequentem factorum eius confessionem audire consueuerunt:eam precipue:quam generalem paucis ante diebus:ꝙ Romam profectus est:rite peregit:quasi ipse sibi mortem presagiret Quod si vos flere:vel priscorum ritus monet:vel patriæ suadet cōsuetudo vel ipsa compellit humanitas:indulgete humanitati.Nam & sapientes amicorum desiderio commouentur. Et duodecim tabulæ eiulatum quidem:& immoderatum luctum prohibent. Præficarum deliramenta et studiorum detrectant nænias.At nequaꝙ gemitu3 qui vel in sapientem cadit.Flete igitur:si flere iuuat:sed nolite flere super illum ꝗ cum bene:& fœliciter actum iri confidimus:super vos flete potius tali viro orbatos:qualibus vtinam multis nostra abundet ciuitas. Lugeatur igitur natura mortalis:immortalis virtute Loysius celebretur Illi compre cemur piorum sedes:nobis autem præclara summorum virorum vestigia consectari. Tanti viri memoriam debitis honoribus ꝓsequamur.quam sapiens & iusta nostra respublica iustis decorandam præmiis perpetuis monumentis exornandam decreuit. Nunc prosequimini funus. Dixi.

Ferdinandus

Isocrates

Duodecim tabulæ.

¶ Augustini Dathi Funebris Oratio altera habita ab eo in hospitali ædepro Nicolao Recupero de laudibus eius:& vita.



Mne mortalium genus patres : quod vos minime ignoratis:ea lege natum:ea cōditione editum in hanc lucem est:vt ad finem: quem vltimum terribilium plærisq; arbitrantur.ad mortem in ꝙ interitū q; perueniat.Mortalis homo:quem alioquin deus et animi & corporis innumeris atq; āplissimis donauit muneribus:& nobilissimum omnium:quæ in terris sunt:ac velut peculiare opificium condidit: hanc quæcunq; tandem est:siue legem seu sortem non effugit.Vere nā q; omne quod natum est:quoniam solutioni patet:consenescat:& tandem aliquando designat necesse est.Sed non est vnus hominis et iumēti interitus:quod quidam temere(vt ita dicam)blatterantes effutiunt non æqua vtriusq; conditio:id quod falso simul atq; impie apud Ecclesiasten insipientes profitentur. Nam si iumentum spectamus:& brutū omnia quæ illius sunt:morte delentur:& vna cum corpore quidē traduce quoq; materie eductus ac profectus est:tenuis spiritus: tenues euanescit in auras.ac totus in illo sensus prorsus extinguitur.Homo vero qui rationis est particeps:ac diuinæ mentis capax:cuius animus insufflatus a deo:nullam in terris originem habet: ita certe moritur: vt vel cadentibus vel resolutis corporis membris:maneat illius spiritus: et immortalis atq; incorruptibilis perseueret.Quocirca scite & apprime sapienter magnus non secus philosophus atq; orator.M.Cicero interitum mortemq; distinxit in eo opere:in quo de morte contēnenda grauiter:copioseq; disseruit. Quod cæterorum animantium interitus sit: qui corpus simul atq; animam tollat:deleat:penitusq; cōficiat. Mors autem rationalis creaturæ & hominis ipsius: magis proprie habenda sit:quæ(vt probe definit diuinus Ariopagita:ac sacer theologus Dionysius)non rei cuiusquam consumptio:sed coniunctorū separatio terminatur. Quare cum summis philosophis: ac pene sapientibus viris: illud firmiter comprobamus:illud certo afferimus:illud omni dubitatione reiecta plane constituimus manere hominum post mortem animos:& cum corporibus excesserint:nihilo serius sempiternos atq; immortales fore.Sed certe non eundem omnibus rursum:non idem pate re omnibus iter. Quippe cum pro meritorum varietate:alii daturi scelerum pœnas proficiscantur ad inferos:longissime a beatorum concilio segregati:alii superos petant:quorum vitam in carne quodammodo præter carnem viuentes: magno studio ac summo labore in terris fuerint imitati.Bene igitur ab iis quos Spiritus sancti afflatus instituit:pessima delinquentium:& peccatorum definita mors est:pretiosa vero eorum:qui pie atq; innocenter vixerint. Si iuxta propheticam vocē pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.De quibus præclare sapiens.Iustorum animæ(inquit)in manu dei sunt:& non tanget illos tormentum mortis.Visi sunt oculis insipientium mori:illi autem sunt in pace.Sed quosnā iustos:quosnam sapientes:quosnā tantæ laudis nomine dignati debemus.Eos ꝓculdubio facile responderim: qui obscœnas voluptates:ꝗ caduca & fallacia bona & terrena hæc ludibria respuentes:ad æterna & perpetuo duratura cœlestia regna rapiuntur. Quo quidem nostra:si rectam consectamur rationem: aspirat omnis

Ecclesiastes.

M.Cicero

Dionysius ario.

Aiorū immortalitas

festinat intentio. Vt igitur ad institutum nostrum ac propositũ veniamus: optime de Nicolao Recupero: cuius hodie tristes honores: funestũ rogum: solemnes inferias: atq3 exequiarum pompam prosequimur: optime in ꝙ sperandum censeo. Meminimus hominis ingenium: ipsi illuꝫ vidimus: qui in ciuium oculis versabatur: nemo nostrũ est: qui nesciat Quẽ virũ probum: quem ciuem clarũ: quem equitem ornatissimũ: quẽ huius piissimæ ædis sacri xenodochii almi diuersorii diligentissimi ꝓfectum plærīq3 oẽs agnouimus. Qui bonis ꝓgenitus parentibus: in ipsis etiam infantiæ rudimẽtis & tenellæ adhuc ætatis in cunabulis optimæ indolis & futuræ probitatis specimen ꝓbuit. Puer sese ad litterarũ disciplinam capessendam: & ad mercaturã atq3 ad honestarum artiũ exercitationem: laborem atq3 operam contulit. Adolescẽs vero quo tempore in plærisq3 feruentior lasciuit ætas: hic omnia flagitiosa cõtẽpsit et alias in patria laudabiliter omnibus gratus vixit: alias relicta aliquã diu patria: peregre profectus: virtute atq3 industria rem simul & gloriã reportauit: frequentissime in ea vrbe versatus: q̃ in tota Venetia iamprídem longe florentissima est. Mox repetita patria: & ad rempu. non tam sua sponte: ꝙ bonoꝝ vel adhortatione vel voluntate conuersus: recta semp: tranquilla: salutaria & sensit: & cõsectatus est. Totus autem fugitans ambitionis et fastus: ac cælibem vitam agens: cũ alios doctos & sapientes quotquot nancisci viros potuit: tũ præ cæteris omnibus Petrum Russium insignẽ nostræ memoriæ phũm ac theologũ amplexatus est. Ad curam postmodũ huius sacri xenodochii: & piissimæ hospitalis ædis quæ vna in cunctis fidelibus nationibus celeberrima est: & in vniuerso terrarum orbe clarissima: tandẽ accitus an os circiter viginti (ni fallor) ita consilio: ita studio: ita industria atq3 opera illi ꝓfuit. vt eorũ quæ multa gessit: nullũ mea quidem sententia culpandũ sit opus. Pauperes fouit: pupillos & viduas suscepit: lactẽtes infantes aluit: adultos ad bonarũ artium studia excitauit: in carcere & cõpedibus vinctos non deseruit: egenis opem tulit: languentibus atq3 egrotantibus succurrit nudos vestimentis operuit: esurientes pauit: potauit sitiẽtes: mortuos sepeliit: virgines castissime collocauit: hospites & cõuenas benigne excepit: inopes oẽs tũ ciues tũ pegrinos ꝑsidio ac pecunia iuuit. Domi industrius: foris nõ indiligẽs: magnificẽtiora hæc tecta reddidit: ecclesiã splendidiorẽ fecit. Pius in deũ: in seipsum integer: bñficus ac liberalis in oẽs. Qui cũ nonaginta aut eo ãplius vitæ ãnos exegerit: eu3 sese in omni ætate ꝑstitit: vt laudari ab omnibus iure debeat: vituparí queat a nemine. Siquidẽ viuens thesaurizabit sibi thesaurũ nunꝙ deficientẽ in cælis: moriturus vero sacris xpiani ritus pactis muneribus. exigua dẽpta vnciola: & tenuis ac veteris patrimonii relicta suis portiũcula: deũce: & grãde æs & ãplas quas sudore pauerat facultates: in paupeꝝ sus instituit: pie huic ædi hospitali dicauit: sacratissimæ virgini dono dedit cui pia sẽp fide ac ꝑcipua deuotiõe inseruit. Cadauere suo sacri Bernardini addicto cœnobio: cuius sacra vestigia & ornamẽta gliosa ꝓ virili sua studiosissime cõsectatus ẽ. Bñ igitur mea q̃dẽ s̃nia: hoc si ita appellare libet epitaphio Nicolaus & iusto est decorãdus eulogio. Pius Recuperus Nicolaus piæ virginis ædi incredibili pietate præfectus: ob sũmæ pietatis studia: pie credẽdus ẽ supa regna petiturus in btoꝝ domiciliũ

Nicolaus Recuperus

xenodochium id est hospitale

in finum Abrahæ:in gremium virginis:in bernardini consortiū:in Sororis contubernium facillime transferendus:quando eā ædem : quam ille primus instituit:hic multum industria:plurimum facultatibus amplificauit:& auxit. Non igitur viri huius lugēda mors est:sed vita laudanda:quem solutū corporis vinculis tanq̄ & ipsum benedictum æterni patris accersendū speramus ad possessionem regni eius: quod dictū et paratum est electis dei a constitutione mundi. Dixi.

¶ Augustini Dathi Funebris oratio .iii. Habita ab eo in funere Mariani Sozini ciuis Senensis vtriusq; consultissimorum iuris: quos nostra ætas vidit:longe omnium celeberrimi.

Hieronymus ad Eliodorum

m Os quondam fuit viri patres:quod ad Eliodorū sacer scribit Hieronymus:cuius hodie sancta solennia fidelis concio veneratur:vt super defunctorum cadauera in concione prostrati laudes liberi dicerent:& instar lugubriū carminum ad fletus & gemitum audientium pectora concitaient. Hunc ego morem in hoc funesto spectaculo hodie nō iniuria reuocandum censeo: quando is mortuus est:& mortali luce defunctus:qui non modo eorum:qui nunc sunt: sed eorum quoq; qui veteribus sæculis floruerunt virtutem facile æquaret et gloria. ¶ Marianus inq̄ Sozinus diuinus quidā iuris interpres:cuius nomen toto iam fulgēt:& claret in orbe:cui sapientiæ:doctrinæ:ac legalis prudentiæ palmam merito pleriq; tribuerent:quem non modo Senenses viri:sed etiam vniuersi & Italici & transalpini populi laudabant:suscipiebant:plurimū admirabantur:Pro magna viri sapientia:a quo omnes pene mortales:quos ætas nostra cognouit consilium pariter atq; auxilium & vitæ præsidium expetebant. Ad eius ipsius liberos pertinebat hoc dicendi munus:qui a clarissimo & summa gloria præstante geniti patre supra defuncti parentis cadauer multiplices varias late patentes illustres amplissimas laudes explicare & pietatis officio debeant:& pro summa eruditione & dicendi copia facillime possint. Bartholomeus imprimis Sozinus omni genere laudis abunde ornatus et nunc paternæ gloriæ dignissimus heres. Sed nescio quomodo dum forte a prætura venio:cum luctuosus acciderit casus:sunt ad me conuersi quorum apud me iustis de causis auctoritas valet. At vereor ne dum parere atq; obsequi studio ne ibecillitatis meæ obliuisci videar. Itaq; possim vere cū Rufino dicere. Dum aliis satisfacere cupio: oblitus sum mandati eius:quo recte sane præcipiturOnus supra vires tuas ne leuaueris. Sed quid nam est:quod indoctus ipse partim prætorio munere ac multarū rerum occupationibus ꝑpeditus partim temporis correptus angustiis. vel tanti viri laudibus. vel vestris auribus dignū possim afferre. A principe mundi euocatus Marianus Sozinus corporis solutus cō pedibus migrauit a terris:rebus excessit humanis:necessitati paruit: Vtrum igitur mori tanti viri desiderio:mortem deflere interitum deplorare debemus:an contra mærorem & luctum abiicere: temperare a lachrymis:abstinere doloris. Quid dicam:quid faciam:quo me vertaʒ nescio. Gemere compellit humanitas:ratio prohibet. ¶ Quod si malum mors sit atq; vltimum terribilium:id quod vulgo arbitrantur nemo non suorū mortem iure defleat. Sed certe malū suapte natura non est:si eam intelligimus. per quām fit animi & corporis separatio

Marianus Sozinus

Rufinus

Abstineo doloris

Triplex mors

¶ Triplex namq; traditur mortis genus:quod eruditissime magnus

disceptauit Ambrosius. Atq; vna quidem mors peccati dicitur: de qua scriptum est. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Alteram autem mysticam vocant: qua quis peccato moritur: ac deo viuit: de qua recte apostolus. Cum sepulti sumus inquit: cū illo per baptismum in morte. Tertia vero naturalis iure optimo dici possit: per quam cursum vitæ huius ac munus explemus: Ea est eñ animi corporisq; secessio. Aduertimus igitur vna cum Ambrosio: quod mors demū illa malum sit: siquidem propter peccata moriamur. Ea contra bonū: cum quis ita mortuus sit: vt quidem a peccato iustificatus sit. Tertia illa media quædā habenda est: & tum iustis & innocentibus bona: tum plerisq; metuenda: que cū omnes absoluat paucos certe delectat. Sed non hoc mortis est vitium sed nostræ potius infirmitatis: qui voluptatibus corporis & vitæ huius delectationibus capimur: & cursum hunc miseri cōsumare trepidamus: in quo plurimum amaritudinis: perparum iucunditatis inest. Et quidem in exiguo melle multa venena latent. At nō pertimescunt sancti mori. non sapientes viri: qui longæuitatē huiusce peregrinationis ingemiscentes: dissolui & cum christo esse longe pulchrius ac beatius arbitrantur: Ad hoc vero nequaq̄ alienum est: quod Midam regem Silenum docuisse ferunt. Non nasci homini longe optimum esse: proximum autem q̄ primum mori: id quod ipse quoq; Euripides vsurpauit. Prius illud minime probare ausim: at posterius tanq̄ tutius imbecillitatis humanæ remedium optabile videri possit: ne hominis ingenium a labore & virtute: ad libidinem & turpitudinē per vitæ diuturnitatem procliuius in profundū vitiorum ac peccatorū præcipitium dilabatur: ac vitæ prauitas: si forte diutius occalluerit: naturæ præstantiā labefactet: & prorsum recte rōnis lumen extinguat. Sæpe enim malitia sensū hominis imutauit. Execrabātur nōnulli ipsum quoq; gñationis diem. Velut is quisquis ait. Pereat dies in qua natus sum. Cui opinioni assentiri videtur Thracū natio: quæ natales hominū flebiliter exequias cum hilaritate celebraret. Mors si recte iudicare voluerimus talis plerumq; habenda est: qualis morientiū vita præcessit: iustis quidem quietis portus: nocentibus atq; improbis naufragiū. Sed omnifariā bonū mors est, ille ipse inquit Ambrosius: si pugnantia diuidit: ne inuicē pugnent si eorum portus est: qui magno vitæ huius iactati salo: fide quietis stationem tutissimam quærunt: si deteriorem statum hominis non efficit Quippe qualem in singulis inuenerit talē in iudicio futuro reseruat: Quiete ipsa fouet: præsentiū subducit inuidiæ: futurorū expectationi cōponit. Præclare acutus Stoicus. Rex natura quæ te genuit expectat: et locus melior ac tutior. Illic nō tremunt terræ: id quod nuper nimiū pauefacti ac territi sumus experti nō inter se venti cū magno nubium fragore cōcurrunt: nō incendia regiones vrbesq; deuastāt. Quid mortem tantopere perhorrescimus. Luculente sane. L. Seneca moriendum est inquit: quando: quid tua interest. Mors naturæ lex est: mors tributum officiūq; mortalium: malorūq; omniū remedium est: postremo (vt Ambrosius ait) vniuersorum transitus. Ac siue casu homines moriantur: quod Stoici crediderunt: siue fato vt Epicurei putāt: seu deniq; genitura quod Pythagorici affirmare sunt soliti. vna est mortis ratio: si recte vixerimus vt a malis abducat & ad fœliciores sedes aditum atq;

Midas rex

Euripides

Thraces natales deflent

Ambrosius

Stoicus

L. Seneca

Cur homines moriuntur

ingressum prebeat Preciosa est enim mors sanctorum preciosa sapientum omnium: bonorum omnium preciosa mors putanda est. Qui viuentes in terris munitissimam sibi viam in celum comparauerunt. Hoc nos & de Mariano Sozino quantum credere fas est: augurari libet: qui inter eos iure annumerandus sit: quos ad tuendos: iuuandos: conseruandos homines natos arbitramur. Qui cognitionis & legalis sapientie studiis deditus omnem in ea exercitatione consumpsit etatem. Qui nullius fuit discipline expers: qui Italie gymnasia & vrbes: sed imprimis Senam patriam florentissimam doctrina scripto sententia voce denique illustrauit. Quis non domum eius frequentabat: quis non sibi inde consilium atque opem petebat: quis non illius acute responsa sapienter dicta mature consulta: grauiter iudicata comprobabat. Extant multa & preclara huius viri monumenta scripta compluria ingentia volumina libri rerum maximarum cognitione referti: Earum presertim que ad rectam viuendi viam: ad humanorum actuum directionem spectant: ad pellendam iniuriam: ad colendam iusticiam: ad virtutes exercendas ad vitia execranda. Optimus hic iurisconsultus fuit: optimus legum interpres: optimus veritatis indagator. Nullius rei prorsus rudis atque integer: sed quasi alter Lelius in omni sermone sapiens iure merito iudicandus. Huius fama vltimas mundi oras penetrauit: huius doctrina cuncta resonant: & totius Italie & exterarum gentium studia. Quod de nobilissimo historiarum scriptore Liuius scribit Hieronymus haud iniuria ad hunc quoque virum transferri possit: vt non minus viri huius sapientie claritas: quam florentissime patrie splendor ad sese contemplandum pellexerit: & ad perspiciendam viri huius laudem nonnullos a remotissimis regionibus tanti viri fama perduxerit. Ad marianum Sozinum vt taceam Siculos. Picentes. Vmbros: ac ceteros finitimos populos: ex Galliis: ex Hispaniis: ex germania: ex Anglia. Britania. Hibernia: ex vltimis orbis finibus confluebant: & confluebant quidem: vt sapientiam eius delibarent: perciperent: vt de vberrimis eius fontibus haurirent: innumerabiles ab hoc viro instituti doctores: nobilissimi euaserunt: pontificii & ciuilis iuris adepti gloriam. Sed iam vocat funeris pompa: modus statuendus est laudibus: quas sine modo explicari oportebat patribus appositus est summus iuris interpres: Thomam Docium comitatus: quem habuit vite comitem & studiorum socium secutus Pium admirandum diuinumque pontificem: qui tantopere eius delectabatur affatu: apud quem tantopere valebat gratia. Secutus & Bartholomeum Piccolomineum: ne tam precox discipuli: serior magistri videretur egressus: secutus est summorum virorum cetum: quos multos ac celibes nostra tulit: atque amisit patria. Sed iam efferte funus triste ministerium: & quoniam aliquid humanitati indulgendum est: quatenus ratio patitur flete liberi: flete propinqui: non quidem super illum: sed super vos ipsos potius: tanti viri orbatos presidio: amici & conciues flete omnes: studiorum sectatores ingemiscite ac deflete defunctum vita Marianum: gemitum quidem: sed non etiam eiulatum adhibentes: ne sapientissimi viri mortem insipienter ferre videamur. Iustas persoluite inferias: funus celebre panegiriis: ac laudibus prosequimini: deum & celestia numina comprecantes: vt sublatus e terris Marianus transferatur ad superos: & patrono Hieronymo: quem viuens religiose colebat: nunc defunctus seculo illi viuat: qui solus est vite auctor: & requiem largitur eternam: Dixi.

Lelius sapiens

Liuius

¶ Aug. Dathi funebris oratio. iiii. Quam habuit in laudem thomæ Docci iurisconsulti incorruptibilis & doctoris veritatis in iure atq; ornatissimi ciuis Senensis.

Prohibebat ingens dolor o viri qui funeri adestis: deterrebat vis lachrimarũ: nec minus mea mihi nota tenuitas prorsum dissuadebat in hoc tãto cœtu sermonẽ facere: nisi parendi necessitas atq; imperantiũ auctoritas: me ad hoc munus dicendi cõpulisset. Obruit ingenii mei imbecillitatem rei ipsius magnitudo & sũma atq; eximia eius viri virtus: qui nuper rebus excessit humanis: cuius hodie in tam magna circunstantium corona luctuosum funus agitur.

¶ Nec mihi cogitanti aliunde cõmodius exordiendũ videtur: ꝙ si a deploratione fragilitatis humanæ nostra proficiscatur oratio. Breuis nãq; est plena laboꝝ variis ac pene innumerabilibus subiacẽs casibus hominũ vita morti atq; interitui sine dubitatione obnoxia: qđ vltimũ & extremũ omniũ terribiliũ nonnulli Philosophi esse tradiderunt. Atq; a primo exordiar: quid tã circũcisum: qđ tam augustũ: quid tam breue: ꝙ homĩs vita longissima. Bene ac scite. M. Tullius: q̃ inquit ætas lõga est: aut qđ omnino homini longũ. Nõne modo pueros: imõ adolescentes in cursu a tergo insequẽs: neq; opinantis assecuta est senectus. Et. n. dies hominis nõ secus ꝙ vmbra ꝑtereunt: diffugiũt: atq; euanescũt tanꝙ puluis: quẽ proiicit vẽtus a facie terræ. Volat ætas: vita decurrit. Tempora labuntur: tacitis senescimus annis. Et currit freno nõ remorante dies. Itaq; fertur xerxes Rex ille Persarũ potentissimus cũ numerosũ atq; imensum quẽ parauerat circũspexisset exercitũ illacrymasse: qđ tot millibus tã breuis imineret occasus. Hinc sacratissimus vates: dies annorũ nostrorũ inq̃t: in ipsis septuaginta anni: in potentatibus octuaginta. Reliquũ si qđ forte amplius accedit vitæ labori & dolori merito iure ascribit. Qualis deinde sit hominũ vita: ꝙ magnis laboribus: ꝙ variis: ꝙ multiplicibus pateat discriminibus: vt ipse arbitror. nemo est qui nesciat. Proinde hanc tam miserã tãq; calamitosam humane vitæ sortem deplorat Euripides. cũ dicit πασ ΔοΔηρηροσ βιοσ αηθρωπωη κουκ εσιπονομ απωπαυσισ.

Quorũ verborum hæc mens est. Tota laboriosa est hominu; vita: nec est laborũ requies. Vt qđ dicit vir summæ prudentiæ Plinius ille secundus: cũ de natura loqueretur. difficile iudicari possit: parẽs melior homini: an tristior nouerca fuerit quippe q̃ hominẽ ꝓtinus vitæ principio ad lachrymas. atq; ad vagitũ edit: ac veluti a miseria auspicata vitam hominis risum ante diem quadragesimũ nulli tribuit. Vni homini ex omni animaliũ numero luctũ dedit: vni multiplicẽ ꝑturbationẽ. vni in summa vitæ breuitate immensam viuendi cupidinẽ præbuit hominem cæteris animantibus per varios casus. per tot discrimina reru; ad mortem interitumq; perducit. Quocirca eleganter sapiens ille producit. Si annos computes: exiguuum tempus vitæ: si vices rerum æuum putes Nihil est in tota hominis vita: quod aut diutius in eodẽ statu perseueret: aut certum exploratũq; vel ad breuissimum momẽtũ tẽporis esse queat: vt non vita hæc: quæ dicitur vita: sed mors potius haberi: atq; existimari debeat. ¶ Vt non iniuria Aurelius Augustinus dubitauerit, vtrũ mortalem vita; an vitalem mortem: eam ipsam appellare de-

Deploratio fragilitatis humanæ.

M. Cicero

xerxes

Euripides

Pli. secundus.

beamus. Mortem quidem omnibus natura proposuit. Mortem effugere: mortem euitare nemo potest. Moritur doctus: sapiens Cõcionator inquit: similiter vt indoctus. Omnia tempus habent: & suis spatiis trãseunt vniuersa sub sole. Mors omnibus supra caput instat: quotidie dies vltimus appropinquat: quotidie dies auferuntur nobis: quotidie ad finem tendimus: properamus ad mortem. Merito igitur cum praeclaro oratore exclamare liceat. O fallacem spem hominum fragilemq; fortunam: et inanes nostras contentiones: quae medio vitae spatio saepe franguntur et corruunt: & ante in ipso cursu obruuntur quam portum conspicere potuerunt. Hodie imbecilitatis humanae perspicuum perhibet testimonium ciuis clarissimus: vir optimus: iurisconsultus insignis: doctor celeberrimus Thomas Doccius: qui vix sexagesimo expleto aetatis suae anno morte praeoccupatus est: et sublatus nobis ex oculis vir omni pene genere laudis ac virtutis praeditus: ingenio: doctrina: iustitia: probitate clarus: & quod de principe Porciae gentis Catone Historici prodũt senator optimus: optimus orator: pro imperatore optimo: optimus legũq; ac iuris interpres. Quod de. Q. Scaeuola traditur: homo omniũ disciplinarũ iuris ciuilis eruditissimus: iuris peritorum eloquentissimus: eloquentium iuris peritissimus. Cuius doctrinam & legalem sapientiam: non modo tota admirabatur Italia: sed exterae quoq; longinquae ac Transalpinae natiões plurimi faciebant: ac multos saepe ex Galliis: multos ex Germania: multos ex vtraq; Hispania: multos ex Lusitania: multos ex Anglia: multos ex Sicilia: multos ex Sardinia: multos ex caeteris orbis gentibus ad hanc vrbem colendam: ad hauriendam doctrinam: eius vnius huius hominis fama perduxit. Ab vltimis pene finibus complures tanquam delphicum quoddam petentes templum huius viri adibant: ac frequentabant domum: summam viri prudentiam: & solertissimum consilium exquirebant. Responsa eius vere responsa prudẽtis: & quasi oracula quaedam plena fidei: plena veritatis non immerito existimabantur. Nunquam aut in verbis aut in scriptis suis secum pugnauit. Quare & doctorem veritatis hunc virum tota Sicilia: & plaeriq; nõ ignobiles populi vulgo appellare consueuerunt. Itaq; ob summam ingenii: doctrinae: ac probitatis laudem: a tenui loco ad maximum gloriae fastigium euasit: omnibus reipub. functus honoribus: faecunda prole septus: opibus & fortunis florentissimus. Gratus omnibus: imprimis dilectus bonis: & quae maxima & amplissima eius viri laus erat. Sũmo pontifici Pio. II. quem & docuit maxime charus: sed quis mirifica seius viri laudes satis referre possit. Ciuitati quam charus fuerit: maerore funeris iudicatur. Itaq; dicere ausim nos moueri oportere tali viro orbatos: qui omnibus profuit: qui communi semper vtilitati consuluit: qui patriam iuuit: & eam plurimum illustrauit. Cuius mors luctuosa suis est: acerba patriae: grauis bonis omnibus. Nec tamen negamus: si quid mali eius accidit: id solis accidisse nobis priuatis frugi homine: et sapientissimo viro: cum ipso autem foeliciter actum esse: qui omnibus defunctus ẽ humanae vitae laboribus. ac soluto corporis carcere: ad meliorem vitam migrasse putandus est. Quod quidem de omnibus bonis ac sapientibus viris proculdubio sperare debemus. Nam spes iustorum immortalitate plena est: & illorum animae in manu sunt dei: ac tã & si oculis in

Thomas Doccius.

Porcius Cato

Q uint. sceuola

sapientium mori videantur: illi tamen et in pace sunt: & quiete ac beatitudine perfruuntur. Propter quod probe Socrates magnus philosophus Cicerone teste: disseruit duas esse vias: duplices cursus animorum e corporibus exedentium. Nam qui de humanis vitiis contaminauissent ac se totos libidinibus dedissent quibus cecati velut domesticis vitiis atq3 flagitiis inquinauissent: vel republica violanda fraudes inexpiabiles concepissent: his deuium quoddam iter esse seclusum a consilio Deorū. Qui autem integros se castos q3 seruassent: quibusq3 fuisset minima cū corporibus contagio: seseq3 ab his semper seuocassent: essentq3 in corporibus humanis vitam imitati Deorum: his ad illos. a quibus essent profecti reditum facile patere. Atq3 hoc illud est: quod in Gorgia a platone dicitur. eos qui iuste pieq3 vixissent: dum e vita migrarent: ad beatorum insulas: hoc est: ad Paradisi delitias proficisci: vbi exempti ab omni malo: in fœlicitate degerent. Qui vero iniuste atq3 impie vixerit in punitionis ac penarū carcerem: quem appellant Tartarum: ire: Nam pinde est: vt eorum vita fuerit: qui vitā hanc mortalē deserunt. Et mors quidem peccatorū pessima: quemadmodum inclitus vaticinatur ꝓpheta At contra pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Quam vt assequatur is: qui modo viā vniuersæ carnis ingressus ē: suplici voce atq3 humillimis ꝑcibus obsecramus eu3: qui vult oēs homines saluos fieri: qui vitā perennē tribuit omnibus: qui confidunt in eo: qui saluos facit: qui beatos reddit omnes. qui implorant clementiam eius. & qui illam inuocant in veritate. Sed iam tempus est funus efferri: et defuncti manibus parentari. Et quoniam ita carnis cogit infirmitas: atq3 ipsa poscit humanitas lugeri tanti viri mortem. Quanq̄ nefas est: quem admodum non de Virginio solum: sed de omnibus summis ac sapientibus viris recte dicitur aut fleri: aut omnino mortem vocare: qua tanti viri mortalitas magis finita q̄ vita est. Viuit enim Thomas Doccius: viuetq3 semper: atq3 etiam latius in memoria hominum: et sermōe versabitur. Quando memoria bene redditæ vitæ consensu omniū sempiterna est. Dixi.

Socrates

Plato ī Gorgia

Virginius

¶ Augustini Dathi Funebris oratio. V. Quam ipse habuit in funere clarissimi viri Petri Ruffii Senensis eminentissimi & philosophi & theologi nostro tempore.

NEqueo sine lachrimis affari vos hodie viri patres: du3 cogito sublatum e terris Petrum Ruffium doctorem nobilissimum: cuius vita non modo præclaram hanc ciuitatē non modo totam Italiam: & proximas terrarū regiones: sed vniuersam quoq3 nationum fidelium concionem: doctrinæ splendore & admirabili scientiæ laude plurimum illustrabat: cuius mores ab ipsis vsq3 tenellæ ætatis primordiis: vsq3 adeo in omnem vitam probatissimi extiterūt vt vere ad virtutem: ad sapientiam: ad communem hominum vtilitatē natus esse videretur. Summam nanq3 eius viri integritate3: ingenii magnitudinem: doctrinæ laudem: non modo nostra rudis nequeat oratio sed ne eloquentissimi cuiusq3 viri copia atq3 vbertas satis explicare possit. Quare ex infinita quadam rerum abundantia ac varietate: quas tāti viri probitas: & huius defuncti doctoris suppeditat gloria: vnum dari mihi intelligo dicendi locum: si ad lugendam eius viri migrationem

Petrus Ruffius.

ac mortem vos viri patres fuero cohortatus: & communem non mo do huius patriæ: sed totius etiam christiani gñis iacturam deplorauero Hodie proh dolor optimo vitæ duce: præclaro omnium disciplinarum artifice: præceptore bene viuendi prestãtissimo: insigni philosophiæ ac theologiæ professore: sacrarum scripturarũvero interpte orbati sumus Quod nos iure optimo documentum probitatis: exemplum pudicitiæ virtutis speculum: doctrinæ lumen: maximæ laudis: integritatis fulgẽs sydus: sapientum virorum testimonio atq3 consensu appellauerimus. Hodie soluto carnis ergastu'o & corporeis laxatis vinculis: res humanas deseruit: qui res humanas contempsit semper: ac pro nihilo habuit Solum deũ puro & mundo cordis affectu ac virginali integritate secta tus est. Qui vt ecclesiæ verbis vtar. pius prudens humilis: pudicus: sobrius: castus fuit & quietus: q̃diu fragili carne & mole corporis circun datus est. Qui percalcatis terrenis delitiis: spretis mundi honoribus: reiecta sæculi pompa: eam sapientiam amplexatus est: q̃ ad deum id est ad summum & incommutabile bonum sola perducit. Thesaurizauit. n. thesauros in cælo: quorum immarcessibilis atq3 æterna possessio ẽ. Ac deo perhibere non ambiguũ virginitatis eius testimoniũ: cuius cõuer satio omnis in speculatione diuinarum rerum: & in cælis versabatur. Qui nunq̃ ociosus: nunq̃ solus erat. Legebat semp aliquid: scribebat docebat: contemplabatur. Sociã habebat mentem: ad res altissimas cõ siderandas: spũm sanctum comitem: qui loquebatur in eo: ieiuniis: elemosinis: vigiliis: orationibus diligentissime semper intentus. Qui di uino canente proheta non iniuria beatus dicendus fit: si in lege domi ni fuit voluntas eius: & in lege eius dies ac noctes meditatus ẽ. Quip pe qui sanam doctrinam docuit: viam salutis ostendit: veritatem medi tatum est guttur eius: & labia eius detestata sunt impiũ. Euangelicã vi tam & vixit simul & docuit. vt testimonio saluatoris non sine causa ma gnus vocandus sit in regno cælorum. Erat eius domus officina bona rũ artiũ: vnde præcepta vitæ salutares monitus. exhortatiões virtutis: exempla laudatarum rerum omnium pficiscebatur: vt merito inter eos annumerandus sit: qui sal terræ & lux mundi a saluatore vocantur. Os eius annuebat sapientiam: & sacris lectionibus assidue circumsonabãt aures eius. Itaq3 vniuersa sacra volumina ac diuina q̃q3 oracula in ec clesiis benedicens dñm explicauit. Et incipiens a Moyse percurrit prophetas: sacras peruoluit historias: nouam legem interpretatus est: ac di ligenter exposuit. Multa multis de rebus & præclara volumina: incorruptos libros edidit. Nec hactenus vel in eloquiis vel in scriptis eius vllus prorsum inuentus est error. Nihil obscurum: nihil inexplicatũ reliquit. Atq3 vt taceam in differendi disciplina: in moralí sapientia: in phisicis ac methaphysicis speculationibus: in tota deniq3 phia Aristotelis scripta. explanauit Moysi libros: Genesim: Exodum: Leuiticũ: Numeros: Deuteronomium: librum Iosue: librum Iudicum: librũ Ruth. libros Regum: libros Paralipomenon: libros Ezdre & Neemiæ: librũ Thobiæ: librum Iudith. librum Hester: librum Iob. psalteriũ Dauid prophetæ: Salomonis pũerbia: librum Ecclesiasten. Canticum canticorũ: librum sapietiæ: librum Ecclesiasticorũ Iesu filii Syrach. prophetas oẽs: primum Esaiam: Hieremiã: Baruch: Ezechielem: Daniele: tum librum duodecim

Discursus p sci entias.

ꝓphetarū:Oseæ:Ioelis: Amos: Abdiæ:Ionæ:Micheæ:Naū:Abbacuch Sophoniæ: Aggei:zachariæ:Malachiæ:libros Machabeorū. Explanauit euangeliū Mathei.euangeliū Marci.euangeliū Luce.euāgeliū Ioannis sacras Pauli apostoli epistolas.ad Romanos.ad Corinthios: ad Galathas.ad Ephesios.ad Colocenses:ad Tessalonicenses:ad Philippenses: ad Timotheum.ad Titum.ad Philemonem.ad Hebræos. Actus apostolorū.Canonicas epistolas Iacobi:Petri:Ioannis:Iudæ. Apocalypsim Ioannis apostoli. Subtiliter disseruit q̄ in sententiarum libris de sacrosancta atq̧ indiuisa trinitate:quæ de mūdi & rerū omniū creatiōe.q̄ de sacris dominicæ incarnationis mysteriis:q̄ de salutaribus sacramentis ab ecclesiasticis doctoribus pertractātur. Sacros doctores quēadmodum secutus:ita etiā vere ac dilucide interpretatus est. Imprimis Gregorium: Ambrosiū: Augustinum:Hieronymū. Sed & veteres ac ꝓbatissimos quosq̧:Cyprianū:Hilarium:Lactantium Firmianū:Leonē:venerabilem Bedam:Maximum Fulgentium:Remigiū:Isidorum:Prosperum: alios cōplures. Quinetiam ꝑfamiliares habuit Basiliū:Gregoriū:Nazazenum: Ioannem Chrisostomū:Ioannem Damascenū:Dionysium Areopagitā Origenem:cæterosq̧ Græcæ sapientiæ peritissimos. Tū Albertū magnū Thomā Aquinatem.nec omisit Bonauēturam: Alexandrū de Ales. Frāciscum Mayroniū:Ioannē Scotum:Petrū Aureolum:Michaelē Scotum in pretio habuit:ac maxime coluit doctores celebres. Egidiū Romanū Gregoriū Senensem conciuē nostrum perillustrē. Ariminēsem Gregoriū reliquos præterea omnes q̄ & nomine et auctoritate digni sūt. Quis igitur non doleat:quis nō defleat tanti viri amissionē:cuius præsentia et vita in terris mirificos:vberrimos:ac sanctissimos fructus ꝓferebat Lugebat non mō nobilis Russia domus: q̄ talem ac tantū virū genuit: sed etiam tota Senensis ciuitas. Lugeant doctissimorū hominū cœtus. & tota circunstantiū corona. Lugeant totius Italiæ gloriosa gymnasia in quibus lux fulgentissima subito extincta ē. Quis nō deploret sublatum ex oculis tam p̄clarū specimen ac doctorē nostræ memoriæ clarissimum abreptum nobis:vix quinto & q̄nquagesimo exacto (ni fallor) ætatis anno. Orbati tā splendido lumine: qꝛ moriendū est omnibus lege naturæ: indulgeamus tū hūanitati & lachrymis: magni viri et doctoris funera gemitu ꝓsequamur passi ob eius migrationē grauē iacturā: nec minus tū credamus quantum fas ē virū doctrina & virtute ꝓbatissimū Fide.spe.& charitate perfectum.trāslatum in beatorū domicilium: vbi beatus æuo sempiterno fruatur. Dixi. — *Sacri doctores*

¶ Aug.Datbi orō.VI.De vita & obitu p̄cellentissimi & philosophi: et medici Bartholi Turci Senēsis in toto Latio celeberrimi.

Empronius Asellio vir doctissimus & nōnulli p̄terea historiæ Romanæ scriptores. P. Crassum Mutianū clarū & inclytū virum fuisse tradūt: & beatū idcirco perhibent: q quinq̧ habuisse rerum bonarum maxima & p̄cipua arbitratisūt. Diuitias: nobilitatē: eloquētiam: prudētiā iuris pōtificii dignitatē. Nō sunt hæc spernēda nec cōtemnēda siue fortunæ: siue potius cælestis principis munera. Sed pinde hæc sūt oīa vt certe eorum animi in quos ceciderint. Nā bona sūt iis qui bene vtuntur: mala iis contra: qui male. Diuitias: si iustum nactæ sunt possessorē: fortunæ ornamēta: vitæ p̄sidia: virtutis instrumēta ducimus — *Pub.Crassus.*

Res est pclara nobilitas. si ad claritudinē generis: si ad longa stēmata ac splendorem sanguinis: virtutis decus: specimē probitatis: incorrupti atq3 inculpati mores accesserint. Eloquentia tanq̄ humanæ conciliationis princeps: magno semper in honore est habita: si tamē cum sapientia fuerit & moderatione coniuncta. Iuris prudentia & ipsa quoq3 ad tuendam hominū societatez plurimū certe momenti habet. Si quis tamen vitæ integritatem eam adhibuerit: vt ab omni auaritiæ labe & cupiditate questus prorsus abhorreat Honorū gradus & dignitatis amplitudinem ita demū laudamus: si forsan crimen absit affectatæ gloriæ & procul repellatur ambitio. ita beatū Crassum quēpiam iudicabimus: si ditissimus: si nobilissimus: si eloquentissimus: si iurisc̄osultus: si pontifex maximus fuerit. His muneribus ita demū beatitudo constabit: si exteriora hæc & quasi quædam fortuito dona tributa mortalibus: mentis bonitas atq3 animi bona præcesserint. Nos q̄ historici pbabilius eum beatum & habendū & appellandū statuimus: in quo alia quinq3 longe præclariora munera: & quasi præciosa talenta quædam effulserint. Si q̄s optimo sit natus ingenio. præditus summa rerum cognitione atq3 doctrina: singulari sapientia ornatus: eximia probitate ac virtute decoratus: precipua auctoritate munitus. Magna vis est ingenii ad excogitādum: qui cum docilitas ad facile percipiendū: ad retinendum vero memoria rerum thesaurus naturali quadā societate iunguntur. Hæc sunt enim mea quidem sententia reliquorū omnium fundamēta bonorum Quanta est doctrinæ laus: per quam nobis veritas elucescit: mens illustratur: vita expolitur humana: nostræ dignitatis decus effulget. Humana præstantia longe a quadrupedū natura distungitur. Fons consilii. prouidēdi ratio: agendarū rerum modus atq3 ordo. vnde quæso aliunde q̄ a sapientia est. Dux certa salutis rebus omnibus moderatur: humanos regit actus: erroribus liberat: tutissimū recte viuēdi iter ostēdit. Ad portum optatæ quietis. ad calcem beatitudinis vsq3 perducit.

Virtus ¶ Virtus sola est hominis ac certa possessio Cætera aliena sunt omnia hæc tantum nostra est. Quippe quæ nec per vim eripi cuiusquā: nec surripi per fraudē potest. Nullis prorsum patet insidiis. Hæc vitæ inseparabilis comes perpetuo nobiscum demoratur: peregrinatur: conquiescit Hæc nunq̄ deserit. Hanc vnam nobiscū ferre possumus. Hæc animū perficit: vitam tuetur: fortunam exornat. mortem contēnit: in bonis mortem ducit: per mortis ianuā ad vitam meliorem aditū præbet. Auctoritas testimonium probitatis existit: summæ laudis monumentū: perspectæ inditium fidei: iucundū quoddam mentis pabulum: columen virtutis: vitiorum flagrum bene actæ vitæ perenne decus. ¶ Quisnā igitur dubitet Bartholum Turenum fœlicem c̄oprobare: in quo vno quæ modo explicata sunt omnia affatim & abunde præfulserint. Quam splendido vir fuit ingenio. Quam incredibili rerū pene omnium cognitione atq3 scientia. Quā singulari ac pene diuino omnibus in rebus pollebat consilio. Quanta quāq3 incredibili virtute: fide septus erat atq3 constantia. Quanta non solum patria: sed apud finitimos populos auctoritate valebat & gratia. Quanta vel apud exteras nationes apud multos & quidem claros principes & laude & fama clarebat. Per ætatū gradus ad summam perfectāq3 sapientiam semper intendēs maxima

Bartholus Tureus

rum rerum studia consectatus est:ea ferme nunq̃ intermisit. sed ne re-
misit quidem.nisi raro admodum florentibus annis:& vsq3 in senectã
et senium virtutis ac sapientiæ exercitationẽ:& salutis opera non reli-
quit. Ad homines iuuandos natus cum se probe excoluisset: diuinam
quandam medendi cum cognitionẽ:tum peritiam affecutus:totuz se-
se ad ferendum vitæ auxilium & opem saluti præstandã accõmodauit:
Remedia poscentibus fide:diligentia:consilio:opera:nunq̃ defuit:qui
cum ses & octoginta ferme ãnos vixerit duo de sexaginta in curandis
languoribus:in sanandis ægrotis:aut eo fortasse amplius:annos exe-
git.vt vnus propissime accessisse videatur ad illũ quasi trisæclum quen-
dam ac longeuum senem Auenzoar diutissime in eodẽ peritiæ genere
versatum:quem vixisse tradit Auerrohus longo tẽpore:& ad centum &
triginta quinq3 annos ætatẽ produxisse.& pleraq3 illam in medẽdi ex-
ercitatione consumpsisse. Quapropter Medicæ artis primas eas statuit
deferendus Auerrohus. Sed ad nostrũ Bartholum redeamus: qui sem-
per quas Medicina ratio præscribit horas:male habentibus præsto erat
Sæpe cõcubia:sæpe intempesta nocte& antelucano tempore visebat va
riis imprborum generibus pressos:si se illis profuturũ cõspicaretur. vel
posthabendæ Græcorum vigiliæ:ac lucubrationes Bartholi curæ ac stu-
dio viderentur. Qui vidit:& crebro expertus est:verum perhibet testi-
monium. Misericordem sese indigentibus præbuit. Egenuz & pauperẽ
nõ despexit. Piam opem multis præstitit:Si qua foret aut spes vitæ: aut
via salutis miram Bartholus adhibebat industriã. Quos moriendi ne
cessitas peteret:in hiis mirabile dictu:ratio præsagientẽ Bartholum in
terius hora.vel temporis potius fallebat Athomus:cũ iam ad senectu
tem peruenisset:& diuturna quadam medendi exercitatione polleret.
Ita peraciter humanorũ corporum secreta rimabatur:& medicinaz so
lertissime percallebat:quæ vna disciplinarũ maxime fuit omniũ huma-
no generi salutaris:& magnis priscis quoq3 temporibus celebrata præ
coniis.quæ primum celeberrimo auctore teste Plinio inuentores suos
cælo dicauit. Hæc enim propter summã eius vtilitatẽ tanti æstimari a
veteribus consueuit:vt pro Ciceronis sententia: deorum immortaliuz
sit inuentioni consecrata.vt Apollinem:quẽ tanti faciebat antiquitas
eiusce artis inuentorẽ primum fuisse tradant:quẽ secutus Aesculapius
medicinam quoq3 vehementer auxit. Verum vt ommittã priscos illos
qui primi vel inuenisse hanc artem:vel perditam reuocasse:vel cultã am
plificasse perhibentur Podalirium Machaonẽ. Orpheũ. Musæum. Hesio-
dum:tum Hippocratem Coum. Galenũ. Pergamenũ:præclarum Auicen
nem hispalensem. Asclepiadem. Herasistratũ:aliosq3 pene innumerabi
les:qui maxime admirationis sunt habiti:quos laudare malim q̃ cum
cæteris cõparare)ad Italos nostros & recentioris memoriæ Medicos
veniam. Gloriatur Patauiũ Petro hebano. gloriatur Marsilio. Florẽtia
Thadeo suo:& Trusiano. Christophoro honesto Bononia. Forum Iulii
Iacobo. Verona Gerardo Bolderio Ioanne herculano: nec parũ etiam
amico nostro Petro facco. Alii preterea populi aliis. Sena vero vna im
primis iure gloriari possit duobus luminibus Vgone bẽtio:& Bartho-
lo Tureo:quorum ingeniũ doctrinam peritiam Philosophiæ ac maxi-
marum disciplinarũ laudem tota admiratur Italia. Summã bonarum

Auẽzoar senex Auerrohus

Athomus temporis instans indiuisibile.

Apollo medicinæ inuentor.

Medici insignes

artium cognitionez & optimis quisqz & vulgus omne prædicat: & maximis honoribus. Sunt & alii hodie Seneses medici illustres quos possum monstrare: Et vos de quibus loquar minime ignoratis. Sed nolo blandiri viuentibus. Cæteros nunc missos faciam: & ad Bartholum nostrum redibo. Illud affirmare non dubitem: hunc vnum cū imprimis cōtemplationē cum actione cōiunxisse. Quis neget fœlicem Bartholum qui in vtroqz genere versatus: vtrumqz est cumulatissime assecutus. Vt nō iniuria beatus videri possit in terris: si esse hominis: (id quod dicere solebat Auerrohus) pro vltima profectione eius. atqz absoluta substantia eius: si quis speculatione ac rerū scientia fuerit cumulatus. Hæc est enī vltima (vt idē ait) atqz extrema fælicitas. & vita vtiqz sempiterna. Dūqz virtutis laudem Bartholus sitā in actione cognouisset: ita scite ac sapienter distribuit omne tēpus: ætatis vt agendo: contēplando: docendo: disceptando: medēdo. nullā temporis partez effluere pateretur inanem. Rem familiarē probe curauit: rem rusticā nō neglexit: remp. cōsilio: studio. omni officio ꝓsecutus est. Magistratus quosqz nostræ ciuitatis amplissimos incredibili quadā cum laude gessit: amicorum ꝓspexit cōmodis studiosos sapientia viros paterno semper amore cōplexus est: vt quo sua institutione docuisset: octoginta aut eo fortasse amplius medicinæ ac philosophiæ laurea coronauerit: vt in omne Latiuz: inqz omnes fidelium populos doctrina tanti viri ac fama puaserit. Sed pcipua in eo virtus eluxit. Quæ cuiusquā sit nostra tēpestate ciuilis hominis tanta probitas. quæ cū Bartholi fide. innocentia: integritate: constantia: animi magnitudine conferri possit. Constans ac ppetua recte viuendi ratio. & immutabile optimæ mentis ꝓpositum etiā posteritatis memoriam nō latebit. Pueritiā cōtriuit in litteris. Ludos contēpsit. Adolescens altiora studia cōplexus flagitium: & venerē tanꝙ scopulum fugit iunior ciuibus: tum singulis: tum vniuersis ꝓdesse studuit. Reliquuz omne tēpus ætatis ad cōmunē vtilitatē & ad hominum salutē contulit. Mira huius hoīs tēperantia. Tenui victu contētus. lautiora aspnabatur cōuiuia. Mos illi quasi vni ex veteribus romanis: vt frequēter cibuz semel interdiu & leuē & facilem sumeret: vt perdiu in offensa valitudine vixerit: si nō effetum corpus ac iam extremo cōfectā senio clades inuasisset ꝓfluentis humoris: q̄ iam cæli (vt mihi quidē videtur) humectioris vitio cadens ne ipsis quidē lactentibus parcit. Sed difficilius est: in tam vbere cāpo orationis modū: ꝙ dicendi copiā inuenire. Ipse igitur me cōprimā: & iam tandē ad finem festinabit oratio. Nō possum nō fœlicem admodū Bartholū iudicare. quia cutissimus: qui doctissimus: qui sapientissimus: qui integerrimus: insignis fuerit auctoritate & splendore nominis: Hic cū intellexisset etiam sapientē sacrū dūcere cōnubiū: parumadmodum remissis contēplationis studiis: dadam claris ortaz parentibus castissimam duxit vxorem. Erat sibi cum illa: qualis philosophum congressus decet: nō ad vulgi consuetudinē: aut ad vitæ delitias matrimonii fœdera: sed ad sobolis ꝓcreationem referebat: vt nō secus coniugii legē ꝙ sacra quædā tueretur: vnde fuit Bartholo nō in fæcunda proles. Thomā memini eius filiuz: qui pado lescens Fato functus est Forma corporis & digna claro patre specie supra ætatē magnā virtutē tenerioribus annis atqz eruditionē cōparauit. Huius nō dissimilis San

d inus nunc superstes: ita prudētia excellit & laude: vt senectutis ānos et quandā veluti præcocem auctoritatē adeptus videatur. Sed nolo pꝛæsentibus blandus esse. Taceo femellas eius filias: quæ maxime ob summum pudicitiæ decus & verecundiæ ac muliebris ꝓbitatis nomen primatibus quibusdā nostræ vrbis nupserunt viris. Vidit nepotum gregē vtriusq; sexus: quibus præclara indole ornatis suā Bartholus mirū in modum senectutē oblectabat. Fortunis Bartholus amplissimis floruit qui opibus & rerum bonarū omniū circūflueret copia: potissimum vero consilii probitatis: sapientiæ. doctrinæ: gloria. Sed ea tamen etiā in secundissimis rebus moderatione fuit: vt nunꝙ quasi vnus e multis esse videretur. Nemini se præferebat: Ab immutabili vitæ constantia nūꝙ discessit: in vtraq; fortuna se immotū præstitit: qui ꝓsperis minime vnꝙ efferretur: & aduersa fortiter tolleraret. Nam (vt ommittā alia) quo animo Thomæ filii mortē tulit: liceat nobis eum Socrati & Lælio cōparare: de quibus dicitur: quod vna erat frons: atq; idē illis semper vultus. Quam vero laudabiliter humaua contempserit: vltima eius indicauit voluntas. Nam ita omnia recte moderate sapienter instituit: vt totus ad eum versus: vnde est omnis creationis initiū: ea præscripserit quæ secundū rationem & secundum diuinā legem ꝓbarentur. Et illud (vt coniectari licet) probans Ennii: Nemo me lachrymis decoret: neq; funera faxit: in probro habendū statuit: quod a sapientis grauitate lōge abhorrere cognouerit: & de cāpano tumore ac poetica vanitate deprompsit Neuius.

Socrati & lælio semper eadem; frōs idē vultus

Neuius

¶ Immortales mortales si foret fas flere:
Flerent diuæ Camenæ Neuium poetam:
Itaq; postꝙ est Orcio traditus thesauro.
Obliti sunt Romæ lingua latina loquier.

¶ At cōtra Bartholus habens omnia mortalia ac terrena pene pro nichilo cœlestia atq; æterna suspiciens: pompā funeris aspernatus vulgi morem interdixit: & sepulturæ decreuit modū: vt in perpetuo illo suo & constanti mentis de contēnendis humanis rebus proposito ad vltimos eum vitæ terminos perstitisse plane omnes intelligerēt: liquidoq; cognoscerent. Et vt semper cū virtute & beate vixit: ita pie sese ad mortem ꝑnunciit: quā nunꝙ timendam duxit: & obiturus vere sapientis fūctus est munere. Quod si nemo iure vnꝙ deplorauit se mortalem genitum: quis eum defleat: qui viuens summā sapientiā adeptus est: moriēs summam vitæ laudem comprobauit: per mortem æternitatē nominis consecutus. Non decet laudare post mortem: Laudandus est nauta: quum ad portum peruenerit. Portum non iniuria Bartholum putem attigisse salutis: Comprecemur æterni principis maiestatem: vt eius spiritum transferat in salutis domicilium: qui viuens mortalium salutem omni studio semper tueri conatus est. Dixi.

¶ Augustini Dathi funebris oratio. vii. De morte et laudibus generosissimi æquitis & integerrimi atq; clarissimi. et nobilissimæ Senensis ciuitatis famil. ia orti ciuis Francisci Aringhexii.

Lazarus

F

Fräc. Aringherius

Leuit dominus Lazarum: id quod sacra eloquia prodiderunt: fleuit deus & homo mortalem hominem morte affectum viri patres: quia vehemēter amabat eum. Quē erat suscitaturus a mortuis: fleuit saluator noster Iesus Christus quatridianum in monumento fetentē: quo videlicet nostrae indulgeret imbecillitati: si eos quoq; defunctos vita defleamus: qui chari nobis in vita iustis de caussis extiterunt. Quod cum ipse animo & cogitatione cōplector: non pudet me aliquantisper dolori indulgere & lachrymis: qd e conspectu & oculis sublatus est nostris Frācīscus Aringherius eques nobilitate generis praestantissimorum ac doctissimorum hominum Episcoporum & cardinalium cognatione: & longo stemmate clarus: vir ꝓbitate: sapientia: fama: illustris. Qui cū vixerit annos circiter sexaginta: omnes pene quoad nobis compertum est non in vanis huius saeculi oblectamentis: non in aliqua turpitudinis labe: non in voluptatum illecebris: non in vlla deniq; vitii ac sceleris foeditate: sed in amplectenda colendaq; virtute: in parandis bonis atq; ingenuis artibus: in patriis laudibus amplificandis: atq; exigendis consumpsit. Qui illico a puero natus es senex: & grauitatem prudentiamq; suxit cum lacte nutricis: ac propterea quantus erat: totus sapientia & virtus erat. Ac subinde optimus vir semper & frugi. Vtilis patriae & reipub. vtilis liberis: vxori & suis omnibus: vtilis propinquis: vtilis amicis: vtilis omnibus qui noti sibi: quibus notus ille erat: charus ciuitati: charus singulis ciuibus: charus finitimis: charus exteris populis: gratus summis pontificibus: omnibus in ꝗ qui sua aetate in apostolatu sederunt: gratus Caesaribus: gratus regibus & magnis principibus. Sed quidnam obsecro tantopere charus & gratus fuerit Franciscus Aringherius. Erat quippe nota & explorata summa viri integritas: sapientia: moderatio: & singularis atq; excellens in omni genere laus. Itaq; cum semper in rep. ꝓ caeteris maxime floreret: in grauissimis reip. periculis atq; negociis obiit legatus Romam: Neapolim. Venetias: Mediolanum: Lucam: Florentiam: Ferrariam: Bononiam: Perusium. caeterasq; non incelebres vrbes. Totam pene legatus illustrauit Italiam: bello & pace magna & praeclara gessit. Laetos vidit dies multos: sed illum vtiq; faustissimum cum rediens a Venetiis clarissimo in toto Latio principatu: societate cū Venetis inita: magno totius populi plausu exceptus est: festa fronde coronatus ductus in senatum: & inde ab eodem ipso supra ꝗ explicari possit honorifice reductus domum. Quid de Alphonso dicam celeberrimo nostrae memoriae reg. Nonne ita hic vir vnus apud eum auctoritate valuit: vt vel renitentibus multis: traduxerit illum in Senensis populi voluntatem: atq; sententiam. Tum videlicet cū rex ipse praeclarissimus Ioannem Baptistam Aringherium Francisci ipsius filium: puerum admodum ob patris gratiam. & propter eximiam pueri indolem magnis affecit honoribus: & militari honestauit dignitate. Sed ex innumeris exemplis: his sumus contenti paucis. Nam plura afferre & superuacuum ē cum sint plaeraq; notissima: & difficile mihi: quem in angusto quodam ac breui temporis articulo dicentem compulerūt: qui vires meas caeco amoris iudicio sunt dimensi. Ad Franciscum redeo: qui viuēs in terris semper patriae profuit: patriam adiuuit: patriam tutatus est: vt cunctis

(vt aiunt) amplificauit viribus. Amicis nunquam defuit: publicae saluti consuluit: patrem adamauit: ciuium concordiae prospexit. In consilio prudens in sermone modestus. & gratus: in rebus agendis promptus: atque impiger. Vir optimus iudicatus: Tribunus plebis: saepius princeps populi: saepius Censor fuit. Omnibus defunctus e reipublice Magistratibus nec in patria solum: sed in vrbe quoque Roma summis est affectus muneribus. Senatorem vrbis iterum gessit. Indicant Senatus populique Romani insignia: & preclara vexilla. Vbique laudes: vbique magnos e honores assecutus. Quandoquidem vt philosophi tradunt: laus: & honor vere virtutis est praemium. Quae cum cogito: & ipse tepperare a lachrimis & luctum suis: immo cunctis ciuitatus dissuadere vix audeo: cum videam nos orbatos tanto viro: & tantis decorato muneribus. Quamquam apud plus valere ratio debet: quam vel nostra imbecilitas vel trita imperiti vulgi consuetudo Illa in quam ratio plus valere debet. per quam plane dignoscitur concluditurque non modo malum nullum esse mortem: sed potius magnum bonum. Mors putanda est hac mortalium vita: plena laboris plena miseriae: plena angoris: plena luctus: Id quod deplorauit sapiens Euripides auctor probatissimus: deplorant & magno ingenio viri. Sed nec assentimur indoctis quibusdam: qui se sapientes profitentur: & interire cum corporibus animos arbitrantur. Caligat eorum mens caecata voluptatis illecebris & turpissimae ignorantiae obuoluta nebulis. Vera disseruit Socrates: vera scripsit Plato & Academici plerique & Peripatetici philosophi: qui immortalitatem animorum certissimis argumentis: & rationibus comprobarunt: & duplices illorum cursus cum corporibus excesserit: vt qui male & impie vixerint: in tetrum carcerem demergantur: qui vero bona egerunt: perducantur ad verae beatitudinis gloriam. Vera imprimis nouit magister gentium Paulus: cupiens dissolui: vt cum xpo eet Quod si moriendum est omnibus lege nature eorum minime deflenda mors est: qui cum virtute laudabiliterque vixerunt: & nati id immortalitatis foelicitatem carnis compedibus: & corporis vinculis sunt absoluti cum viuit semper virtus: viuit celebris memoria: immortalia: & preclara ex tant opera quae nulla aetas nulla extinguet obliuio: de Francisco nostro Aringherio Equite. & ciue clarissimo facile sperandum sit: qui & ipse vir magnus fuit: et precipue Iohannem Babtistam: et alexandrum atque Albertum: egregie iuuenes laudis: suae virtutis ac probitatis filios claros reliquit heredes. Qui vt in vrbe totius italiae opulentissima morte obiit: & in celebri patria sepultus est: ita in patria caelesti gloriosus semper exultet: in beatorum ascitus consilium condant cineres: atque ossa eius: quibus datum est nos iam tandem recta ratione instituti summum capiamus de probitate eius: & virtute solatium. Euripides

Dixi.

¶ Augustini Dathi De laudibus clarissimi & Poetae & oratoris Campani Episcopi: funebris tomos orationis octauae quem tamen ipse non statuit sed vel alterius rogatu scripsit & nomine seu quod vero magis est simile noluit Dathus praestantem eloquentiae laudeuirum atque amicum suo preconio & laudatione carere. Reliquum huius orationis est perditum.

Campanus.

Q uod sine vi magna lachrymarũ fari nescio: viri patres: sublatus est de terreno carcere: & de mortali luce migrauit. B. Campanus: a Pio quondam. ii. Pontifice Maximo Aprutinus pontifex cõstitutus Q uod eum nouerat virum bonum: natum ad cõmunem hominum salutem atq; vtilitatem tuẽdã ad Latinas litteras illustrandas & si ita dicere fas est: quasi musarum alumnum: ex Helicone ꝑfectũ ad studiorum gloriam propagandam. Q ui non a parentibus quibus ille filius nomẽ ac splendorem dedit: non a patria quæ in abdito orbis angulo delitescit: gloriam laudem ac decus comparauit sed ipse sibi studio ingenio exercitatione virtute maximã gloriam peperit vt per virtutis sapientiæ doctrine gradus: ex humili loco ad magnum honoris fastigium peruaserit: vt iam tandem in toto latio Cãpani nomen: nomẽ clareat: splendescat Eloquẽtia doctrina fulgeat. Dixi.

Explicit Q uintus Orationum Liber Augusti ni Dathi Se nensis.

EXCELLENTISSIMI ORATORIS AVGVSTINI DATHI SENENSIS SEXTVS ORATIONVM LIBER: FOELICITER INCIPIT.

Augustini Dathi Oratio: quam ipse habuit in palatio Dominorum Senensium: magna ciuium & clarorum hominum astante corona: in sponsalibus Magnifici Equitis: & Pratoris Senensis Laurentii Iustini.

CONTINENS ORATIONES NVPTIALES.



CVPIEBAM si sine dedecore fieri potuisset magnifici ac potentes domini: praecellētes magistratus vosq3 ornatissimi viri: hanc dicendi recusare prouinciam: quod eam non mihi: id est imperito homini: sed his conuenire putarem: qui abundāt in genio: qui eloquendi copia excellunt: qui auctoritate praestāt. Sed memor eius quod verus praeceptor Hieronymus tradit. Quanto potentiores sunt domini: tanto oportere nos esse ad obediendum promptiores. Idcirco malui videri fortasse dicendo indoctior: quam silendo & imperata renuendo contumax. Verū quicquid supra vires meas: ac tenuem facultatem fuerim ausus: id omne excusare debet parē di necessitas. Sed rem ipsam prosequamur. Cum multa in hominum vita & magna & praeclara sunt: tum illud praestabile imprimis videri solet quod a natura profectum: etiam sanctissimarum legum auctoritate firmatur. Eiusmodi est maris & foeminae coniugatio: quam cū natura rerum omnium mater cuncta animalia docuisset: in hominum genere: legibus atq3 institutis conformata est: ne coniunctionis appetitus: qui procreandi causa datus est nobis passim ac promiscue belluarū more vagetur sed certa moderatione regatur: ac rectae rationis coherceatur ac temperetur habenis. Hoc vero sacrum cōnubium est: & sancta matrimonii cō stitutio. Quam probans apostolus magister gentium Paulus: cum ad Hebraeos scriberet. Honorabiles: inquit: nuptiae. & cubile immaculatum Hinc Cecrops qui primus apud Athenienses regnauit: maximam adeptus est laudem: quod primus de connubio legem tulerit. Hoc enim iura omnia diuina: & humana commendant. Nam quemadmodum Augustino testante: nuptiale bonum tripartitū est: fides: proles: sacramentum: ita & per illud tria iura complentur per fidem namq3 lex humana perficitur. per liberorum procreationem: naturae paretur. per sacramentum vero: diuinae legi satisfit: atq3 euangelicae veritati. Per hoc singulis consulitur hominibus: quorum imbecillitas: atq3 indigentia coniugali societate fouetur: hinc est illa per Moysen domini vox: cum primum mulierem formaturus esset. Nōn est bonum: hominem esse solum faciamus ei adiutorium simile sibi. Per hoc recte familia gubernatur: & res domestica facillime dispensatur: cuius cum partes sint: homo: et possessio: ad vtramq3 rem tuendam: necessaria est coniugalis societas. Hinc ē Aristotelis testimoniū: i Oeconomicorum libris. Probam mulierē oibus q̄ sunt intus dñari oportet: curāq3 habere oim secū dum praescriptas leges: nō permittentē quem q̄ ingredi sine pcepto viri: veritam maxime verba: quae de mulierum corruptela circumferuntur & si quid intus accidat: vt sibi notum sit soli: & si quid ab ingredientibus cōmitatur: vt penes virū sit culpa. ¶ Hinc et in Menone Plato: decet mulierem domū bene dispensare: salua facienteq3 omnia: quae intrinsecus sunt: & obsequentē esse viro: Per hoc quoq3 cōmuni vtilitati pro

Prologuium. Hieronymus. Narratio. Aposto. Paulus Cecrops Nuptiale bonū tripartitum Aristoteles. Plato

M.Cicero

ſpicitur:creſcit humanũ genus:populi multiplicantur:terra repletur:ciuitates ꝓſeminantur. ❡Hinc.M.Cicero inſignis & philoſophus:& orator ad filium.Cũ hoc natura cõmune ſit omniũ animantium:vt habeant libidinem procreandi:prima ſocietas in ipſo eſt coniugio:proxima in liberis:deinde vna domus:cõmunia omnia.Id autẽ eſt principiũ vrbis:& quaſi ſeminarium reipublicæ.Poſt ſequuntur fratrum coniunctiones:poſt conſobrinorũ:ſobrinorumq;:qui cũ in vna domo iam capi non poſſint:in alias domos tanq̃ in colonias exeunt:Secuntur cõnubia:& affinitates:ex quibus etiam plures propinqui:quæ propagatio & ſoboles:origo eſt rerũ publicarũ:Sed innumera ſunt quæ a matrimonii fonte proficiſcuntur bona. Quãobrem & Iuno infenſa Troianis

Vergilius.

Soror & coniunx Iouis:apud Maronem Virgiliũ tempeſtatẽ petitura: & Eolum ventorũ regem vt poetæ fabulantur:in ſuam ſententiam traductura nõ habuit quod maius deferret:ſed quodquod habebat ſummum prætium:& donum ampliſſimum pollicetur deſponſationem filiæ ac modulatur his verſibus

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ:
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam
Connubio iungam ſtabili:propriamq; dicabo
Omnes vt tecum meritis pro talibus:annos
Exigat:& pulchra faciat te prole parentem.

Quibus ſane verbis vera ac propria ſacri coniugii vel cõmoda vel ornamenta dclarantur.quæ pcipua ſunt maris:fæminæ coniunctio legitima copulatio:indiuidua vitæ conſuetudo:fidei & coniugalis pudicitiæ conſeruatio:dierum longitudo:& vitæ iucundiſſima diuturnitas:filiorum deniq; procreatio:qui præcipuus ſancti cõnubii finis eſt:& fructus vberrimus.quæ quidem omnia:quæ vtiq; & multa & præclara ſunt conſiderans: & vero ſecum iuditio volutans magnificus Eques:& ſolertiſſimus iuris conſultus Laurentius iuſtinus:clariſſimus noſtræ vrbis præſes:tam q̃ vere ſapiens :qui ſe intelligit nõ ſolũ ſibi natũ eſſe:ſed ad cõmunem potius perpetuãq; ſalutem:& prouirili ſua ad conſeruationem conciliationis humanæ: iã maturus vxori:animũ ad vxorem appulit:& nuper diuina inſpirante gratia.deſpondit ſibi virginem formoſiſſimam Pantheſileam clariſſimi quondã & doctoris:& militis Baltaſaris Rimbotti filiam de quorũ laudibus cupio potius dicere:q̃ poſſum. Quãq̃ ſcio oportere neminem a quopiã laudari præſentem: & grauiter ſapientem ferre:ſi coram laudibus efferatur.Sed certe ſponſo: & ſponſæ vtriq; illuſtris patria eſt:præclaram genus & a præſtãtiſſimis ductum parentibus.Vtriq; magnæ fortunæ:vtriq; florẽtes opes : vtriq; ſumma virtutis:ſapientiæ: probitatis:doctrinæ ſplendeſcit gloria: vtriq; magnum dignitatis decus. Pater virginis pater ſponſi: & ipſe per inſignis Eques ſponſus ipſe:omnes ꝓculdubio nobili germine nati omnes in pleriſq; Italie vrbibus ob magna virtutis merita & magiſtratibus:& ampliſſimis honoribus functi ſunt.Vbiq; eorum omnium glorioſa fama niteſcit. Sed redeo iterũ ad ſpõſum atq; ſponſam:vtriuſq; genus ſplendidum eſt forma:& dignitas liberalis ac puenuſta integra:& florida ætas:ſpectati ac laudatiſſimi mores: probatiſſima virtus:alterius ſumma prudentia:& grauitas:alterius maxima pudicitia atq; honeſtas:vtriuſq; magna laus.vt vere credendum ſit diuinitus eſſe

coniunctos. Quam quidē rem putauit ipse magnificus eques Laurentius: excelsi domini putauit in q cū vestris magnificentiis conferendā: et hanc sponsaliū communicandā celebritatem: vt soliduȝ sit hoc gaudium: & eos simul lætātes: congratulātesqȝ intueatur: quos in summo habet honore: quos obseruat & colit: quibus se ipsum & fortunas suas se debere existimat: quos deniqȝ huius optati boni auctores habet: vt iam per hoc arctissimū vinculum adepti coniugii membrum se factum intelligat vestræ florentissimæ ciuitatis: quā de cætero alteram habiturus ē patriam. Postremo tu Laurenti: & in hoc coniugio & in omni vita deum quæso: sis fœlix: & tua laurus adiecta Pantesilea: perpetua viriditate florescat. vt tanq lignū quod plantatum est secus decursus aquarū: det fructum suum in tempore suo. quod est: vt ad laudem dei videas filios filiorum tuorum: pacem super domum tuā: ac super vniuersam terram. Vnum erit huic ciuitati gratissimū: si non tu Pantesileam alio traduxeris: sed illa te ad nos traxerit: vt vere hæc possit gaudere ciuitas: quod & illa non careat & te. id est optimum: & præclarissimum ciuem sit assecuta. Dixi. Peroratio

¶ Augustini Dathi oratio altera in sponsalibus.

Non opināti mihi. atqȝ imparato prorsus patres optimi hæc delata res: et prouincia est: quæ proculdubio & meditatione præcipua: & magni oratoris copia: & eloquētissimi viri egebat eruditiōe atqȝ doctrina: dabitis veniam vt spero: et ipse aperiam paucis vestræ huius letissimæ conuocationis causam. Scite ac vere proditur Aristoteli cum illud. Bonum eo diuinius: quo videatur communius. Proinde id bonum quod & latissime patet: et ad totius humani generis amplificationem spectat: summis quoqȝ videri debet: atqȝ amplissimis dignum laudibus. Quo numero iure ac merito: sacrum connubium a viris quibusqȝ sanctissimis collocatur: quo seruatur: augeatur: multiplicatur humanum genus: cuius quanto dignitas est et nobilitas naturæ præstantior: tanto ea res facilius iudicari possit et optima omnium ac cæteris pene omnibus præferenda: per quam saluti atqȝ incolumitati humanæ conciliationis prospectum est. Id autē sacrum esse coniugium declarauit vir ille apud Romanos clarissimus: cum Censor apud populuȝ hæc fatus est. Si sine vxore possemus quirites esse: omnes ea molestia careremus: sed quoniam id natura instituit: vt nec cum illis satis commode: nec sine illis vllo modo viui possit: saluti perpetuæ potius q breui voluptati consulendum videbatur. Quod ipsum luculentis sane verbis confirmauit Lactantius Firmianus inquiens profecto in omnibus: cæterisqȝ animantibus diuersitas sexus: et coitio: & generatio nullam habet aliam rationem: nisi vt omnia genera viuentium: quoniam sunt conditione mortalitatis obitura: mutua possint successiōe seruari. Sed illud in humano genere potissimum efficitur per sanctissimas connubii leges: atqȝ intemerata sacri coniugii fœdera. Quod quidem præcipuum ac præclarissimum bonum quoties contrahitur merito cum multis: sed imprimis cum ꝓpinquis: atqȝ amicis debet esse commune. Quamobrem cum æterni principis nutu affinitatem contraxerint ciues ornatissimi: & viri præstātes Galganus Bursesius iure consultus nostræ tempestatis illustris. & Marianus Gossus:

Metellus Numidicus.

Lactantius.

magna vir laude:& bina sint eodem tempore spōsalia celebrata:& Eulgesiæ virgines fama:pudicitia:& ætate florentes dux. A.& B.ipsius Gargani filiæ nupserunt.C.& A.ipsius Mariani filiis adolescentibus modestis:& gratia apud omnes:& spe virtutis præcellentibus:æquū & par visum est in hoc cætu & præclara propinquorum atq3 amicorum corona rem lætissimam:& periucundam ac diuinitus comparatam conferre vobiscum.vt ea ratione augescat gaudii cumulus: & veræ amicitiæ muneri fiat satis:si ita iura diuina & humana sanxerunt:si ita recta humanæ vitæ deposcit ratio:si ita optima rerum omnium parens natura constituit:vt eorum quos summæ charitatis glutinum copulauit:quiq3 indissolubili amoris vinculo connectuntur:omnia tum prospera:tum aduersa debeāt esse communia. Agamus igitur immortali deo grates de cuius munere venit:vt tam magna: tamq3 præclara mortales beneficia assequantur in terris:& simul comprecemur:vt faustum:ac fœlix sit hoc connubium cum optata sobolis propagatione.& sponsi ac sponsæ et totius cognationis perpetua ac summa lætitia:vt qui tanta necessitudine:& sacri sponsione coniugii iuncti sunt:& videant filios ac nepotes:& qui nascentur ab illis & lætitia & propria voluptate fruantur cū summa pietate ac perenni concordia ad catholicæ religionis gloriam et ad summum patriæ decus. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio.III.in sponsalibus magnifici ac generosissimi equitis:et clarissimi ciuis Senensis Antonii Bichi.

S Vm per ætatem patres ornatissimi et per lōgam ac diuturnam exercitationem dicendi iam tandem emeritus piis hoc tempore & religionis est operibus inhærendum Id quod magister gentium Apostolus præcipit ac sancta dei inuitat ecclesia.Reipublicæ cura:atq3 assiduus multarum rerum labor:me totum sibi pro iure vendicat.Multum & sæpe nimium hac vna de re in conspectu vestro locutus sum:vt nihil inauditū possit afferri.Sed & nescio quonam meo fato hoc vsu veniat:vt repente semper:& impræmeditatū: ac nihil tale opinantem:subito me aggrediantur:qui mea voce atq3 opera vti volunt.Quorum cum habeant imperandi potestatem: iussa contemnere nec volo:nec audeo.Sed hæc me etiam inuitum cogūt: vt rem hodie vobis propositam:& in angustum redigam:& in ꝙ paucissima verba conferam.Nam quid est:quod efferam pluribus sacri coniugii dignitatem:fructum splendorem:amplitudinem. Nota hæc:atq3 explorata sunt omnibus.Illud magni oratoris præconium ad sacrum coniugiū non iniuria transferri possit.Omnium rerū ex quibus aliquis operatur nihil esse coniugali societate melius:nihil vberius:nihil dulcius: nihil homine libero dignius:quod virtus sobolis fœcunditas:dulce societatis consortium:multarum rerum tum commoditas: tum etiam amplitudo declarat.Pacem laudat Aurelius Augustinus cum Silio Italico sūmum in rebus humanis bonum constituens: quod & honestum esse:et iucundum existimat:quæ duo perraro conueniunt & in vna sede morātur.Sed honestum & iucundum sacrum coniugium est.Ecce ꝙ bonū: et ꝙ iocundum sponsum:& sponsam:virum & vxorem cohercere in vnum et arctissimo atq3 indissolubili sancti fœderis vinculo copulari.Propter quod relinquit homo patre3 & matrem:vxori iungitur:fit vnus ex duo·

Apo.Paulus.

Aurelius Aug.
Silius Italicus.

bus: vt sint duo in carne vna. Triplex constituit Aristoteles bonum non modo Peripateticorum: sed vno excepto Platone: philosophorum omnium princeps: honestum: vtile: iucundum. Si sacrum cōnubium diligētius considerare voluerimus: præsto illius erit honestas: latissime patebit vtilitas: nemini obscura erit dulcis consortii summa iucunditas. Dulce & sacrum est coniugalis societatis nomen: res ipsa vero tū sacra et a deo auctore profecta: tum hominum generi salutaris: tū humanæ imbecilitati necessaria: tum honeste degentibus periucunda. Pulcherrimum igitur connubiū est: & vere laudandus thorus immaculatus. Sed hi quoq; magna digni sunt laude: qui se ad vitæ huius: et sāctæ genus societatis accommodant. In his hodie. A. sponsus: ac. N. sponsa: alter ex clara Bichorum domo: altera consimili Bertorum familia: vterq; optimis nati parentibus: ac spectatu dignis. Sed non sum ego adulari solitus: nolo cuiq blandus esse. Prohibet saluatoris exemplum: præsentē quempiam laudari. Gentilium est ista consuetudo: & eorum qui disparē sequuntur cultum. Nos qui incorruptum dogma sectamur: qui catholicam & christianam integritatem profitemur reiecta adulandi vanitate: ad largitorem bonorum omnium deum animum atq; cogitationē conuertimus. Non enim tam communicādi gratia: quod vulgo putāt sed potius congratulandi & comprecandi causa: in templum dei vocati estis. Demus igitur laudem deo: atq; illum solum tanti muneris recognoscamus auctorem. Nam pios animos pia recepta numina supplice veneratione comprecemur: vt sponsi ac sponsæ sibi & nostri omniū vota secundet: & optimis semper auspiciis prosequatur: vt diuino septi p̄sidio: multos annos: & longæuam ætatem læti agant: & pulchra fiant ac fœcunda prole parentes. Superest: vt quos noua iunxit affinitas: in charitate inuicem amplexati osculētur sese osculo oris sui: & firmo de uinciant amoris nexu. Dixi.

Triplex bonum

Præsentes non laudandi.

¶ Augustini Dathi oratio. IIII. De sacro coniugio. Hanc orationeʒ habuit filii nepos Hieronymus Dathus vix decennium: in sponsalibus Angelæ Dathæ præfati Augustini neptis: magna equitum ac insigniuʒ virorum astante corona.

Coniugii sacramentum patres charissimi vere sacrum iure laudandum: & humano generi salutare nemo non facile intellexit: qui sacra catholicæ fidei instituta cognouit. Hoc ille primus sanxit: qui omnia mirabili ratione gubernat. et eo certe tempore cuʒ a peccati sorde: & totius culpæ labe nostra prorsus erat aliena conditio. Per hoc nanq; terrarum orbem humano genere compleri constat: & seruari: augeri: crescere cœtum ratione vtentium creaturarum: quæ quidem solæ æterni conditoris imaginem seruant. Hoc igitur veneremur: & miris efferamus laudibus: eorum commendantes propositum: qui sacra coniugii fœdera inuiolata integritate tuentur. Hoc igitur fœlix sit: faustumq; connubium: & superni numinis aspirāte gratia macti sunto laude: fœlicitate: & gloria: quorum hodie nuptiæ: & cōiugalis lætitia celebratur eo auspicio: atq; omine: vt fœcunda proles cū summa nostrorum omnium voluptate: & sponsi ac sponsæ longo æuo vberrime propagetur ad æterni principis immortalē laudem. Dixi.

¶ Aug. Dati oratio. V. de laudibus sacri coniugii



Censent omnes vir sapiētes: qui magnis de rebus rectissime tradiderunt: patres amplissimi: hominē ita procreatum: & comparatum natura: vt societate: atq; conciliatione lætetur. Et duabus quidem rebus ratione atq; oratione: ita in humana conciliatione copulatur & iungitur: vt si quis in mortalium numero eam consuetudinē consectetur: vt solitariā vitam de ligat. pro Aristotelis testimonio: aut supra hominē: aut infra hominē illum haberi cōueniat. Atq; cū multæ sint inter homines ipsos societates nulla certe gratior: nulla iucundior videri solet: vna illa: quā inter maritum & vxorē: rerum omniū artifex natura conciliauit. Quæ procul dubio origine ac tempore superat cæteras omnes: atq; longissime antecellit. Nec obscura est magni oratoris sententia: cum primā societatem in ipso coniugio apertissime demonstrauit. Proximā vero in liberis: quem cernimus sacri connubii fructū vberem atq; omniū amplissimum. Et eñ cum sit humani generis mortalis conditio: & ea lege nascamur: vt tandē aliquando ad interitū sit: & vitæ exitum veniendum: certe congrue ac salubriter sancti coniugii interuenientibus sacris fœderibus consultum est: vt quod suopte ingenio & natura mortale esset: cōtinua successione quodāmodo immortale fieret. Itaq; optimo iure sacrum coniugium magnis efferunt laudibus Quod ita cōparauit humani generis ac totius mundi conditor. Deus quem solū tanti muneris auctorem fuisse constat: vt facile hominū naturam ac societatem tueatur & seruet. Et cum hominē vdo limo formasset: atq; spiraculum vitæ infudisset: continuo fragilē ipsius hominis conditionem miseratus fecit & adiutorium simile sibi: & sociam dedit: ac totius vitæ consortem vxorem: quæ omnes cum viro ætatis annos exigeret: ac pulchra faceret eum prole parentem. Vt ea protoplaustus comite suauissima septus facilius necessaria vite adiumenta pararet. Quod si prolis fœlicitatem & dulcium natorum consideramus dulce solamen: nulla erit vnq̄ tanta dicendi copia: quæ satis dignas laudes possit afferre. Quandoquidem ex sacri matrimonii arctissimo vinculo indissolubilis amoris nodus efficitur: & summa quædam conflatur charitas: quæ res cum ad humanam societatem accesserit: parit inexplicabile gaudiū: iusticiam: mansuetudinem: concordiam gignit: pacem & incredibilem tranquillitatē adducit: quibus rebus nihil potest omnino excogitari iucundius: nihil inueniri melius: nihil preciosius custodiri. Laudemus igitur abunde sacra sponsalia: lætissimas nuptias celebremus: deum precantes: qui cuncta regit: vt sponsi ac sponsæ vitam diuturnam cum magna sobolis fœcunditate & necessariorum omnium atq; amicorum lætitia fœliciter tueatur cum Bicorum splendore & eius præclaræ familiæ amplificatione & gloria. Atq; idem ornatissimi coniuiæ ac patres sit fœlix semper: ac propitius deus: & det semper ætatem iucundissimam agere. Dixi.

Solitaria vita.

¶ Augustini Dathi oratio. VI. De laudibus sacri cōiugii.

Ar erat viri praestãtes atq3 ornatissimi eum qui accurate quic
P quã magnis de rebus locuturus esset:eiusmodi ingenio vale
re ac doctrina:vt aliqua exparte vestre expectationi quãtum
daretur virium responderet. Nã ea est inueterata consuetudo:vt ii potissimum ad dicendũ assurgant:quos sũma doctrina:summa deniq3 auctorita pditos esse constet. A quibus ego fretus eruditionis adminiculis apud viros longe sapientissimos tam graue ausus sim subire onus in quo nõ modo rudis atq3 indoctus:sed erudiiissimus quisq3 facilius succambat q̃ victor euadat. Perdificile nãq3 est:res pclaras atq3 admirabiles oratione complecti. Eiusmodi vero est de nuptiis:deq3 earum laudibus sermo. Sed quod mea imbecillitas explicare nequit:ex vberrimis diuinae gratiae fõtibus petendũ iudicaui:vt firmissimis auxiliis subsidiisq3 munitus paulo audentius rem difficillimã tentare valeã. Bene igitur atq3 oportune vt sapientum hominum instituta sectemur: Seuerini Boetii egerimus. Seuerinus Boe:

Da pater angustam menti conscendere sedem
Da fontem lustrare boni:da luce reperta
In te conspicuos animi defigere visus.

¶ Iam em̃ fas sit taz magno implorato psidio:vt paucula de matrimonii iure ac nuptiarũ laudibus in mediũ proferã. Sed quaerenti ac diligẽtius consideranti mihi cõiugii institutio eius finis fructus deniq3: qui proficisci ex eo solent:explicandi se offerũt. Omne et em̃ animaliũ genus immortalitatẽ quampiã concupiscit:ac perpetuae vitae cuncta animalia inhiare videntur. Sed natura ita instituit:vt morti obnoxia essẽt atq3 vt interitui subiacerent. Verũ miserata hanc sortem mortalitatis maris ac foeminae cõiugationẽ instituit:quatenus diuina & iubente potestate & voluntate sinente per eiusmodi maris & foeminae cõbinationẽ si nõ alia ratione saltẽ successione quadã ppetuã vitã consequerentur. Huius autẽ sententiae testis est optimus ac pbatissimus Aristoteles qui secundo de anima libro haec grauiter ac splendide locutus est. Naturale est inquit:omnibus viuẽtibus facere alterũ:quale & ipsum est: & aial quidẽ animal:planta autẽ plantã:quatenus diuino semper participẽt quoad possint. Omnia em̃ id appetere videntur:atq3 eius gratia agunt quaecunq3 agunt secundũ naturã. Haec Aristoteles. Eandẽ quoq3 sententiam & Firmianus qui & Lactantius dictus est:in sacrarũ institutionũ libris pbare videtur:cũ haec sapienter simul eleganterq3 pfatus est. Profecto in hominibus caeterisq3 animãtibus diuersitas sexus & coitio & gñatio nullã habent aliã rationẽ nisi vt omnia genera viuentium:quoniã sunt cõditione mortalitatis obitura mutua possint successione seruari. Quãobrẽ bene ac scite iureconsulti viri:qui pleraq3 vt erant prudentissimi:e philosophiae fontibus hauserint secundum iuris naturalis vim maris & foeminae coniugationẽ:quod matrimoniũ vocant:institutam fuisse tradunt. Quare & natura ipsa duce nõ homo solũ:qui particeps est rationis:sed caetera quoq3 animalia quae sunt mentis ac rationis expertia:hanc eandẽ copulã affectare videntur: idq3 ipsum pbe testatur M. Cicero primo de officiis libro: cuius haec verba atq3 sentẽtia est. Cõmune est animantiũ omniũ coniunctionis appetitus procreandi causa:& cura quaedã eorum:quae pcreata sunt. Quibus ex verbis perspi

Philosophus

Lactantius

M. Cicero

cuam est nō solum ꝓcreandi curam necessariā esse: sed etiā alendi: atq; educandi diligentiā. Sed hæc homini cū belluis cōmunia sunt. Inter hominem autē & reliqua animātia hoc potissimū interest: quod illa passi; ac libere cōmiscent lege solita: homo autē mentis particeps ad coniugii sanctissimas leges: ac venerandū matrimonii sacramentū se accommodat: nō a Cecrope institutum: vt Atheniensibus visum est: sed a conditore rerū omnium atq; opifice deo in ipso mundi primordio. cum & Adam primū hominē de limo terræ finxit: & mox de eius costa sociam Euam formauit. Finis autē huiusce societatis est: nō solū liberorū procreatio: sed & ciuitatum propagatio & rerū publicarum. Quod est (vt Aristoteles ait) in humanis rebus bonorum omniū longe maximū. Idcirco liquido manifestat. cū dicit. Cum hoc cōmune sit omniū animantium: vt habeant libidinē procreandi: prima societas in ipso est coniugio: proxima liberis: deinde vna domus cōmunia omnia. Id autem est principium vrbis: & quasi seminariū reipub. Hæc vero idcirco dicit. M. Tullius: quod ex hac dūtaxat maris & fœminæ coniunctione ꝓpagatio illa nascitur ac soboles: quæ est origo ciuitatū & rerum publicarū seminarium: Hinc tria: & ea quidē maxima & præcipua bona profecta sunt quorum primū ad fidem spectat: quam intemeratā incorruptāq; & vir vxori: & vicissim vxor viro conseruet. Est enim matrimonii fundamentum solidissimū Fides quod charitatē ingentissimā; continet. Vnde & in veteri lege & in nouo etiā testamento legimus. Propter hoc dimittet homo patrem & matrē suam: & adhærebit vxori suæ: quod intelligendum est per firmissimā fidei conseruationē. Alterum autē bonum est: quod ad liberos pertinet: quod optime fuerit seruatum atq; perfectum in his tribus: si honeste procreentur: si modeste alantur: si instituantur ad bonorum morū conformationē. Nā idcirco esse debent duo in carne vna: Tertium ad sacramentū spectat. Nam ita viuere virum atq; vxorē; oportet: vt summa consensione: incredibili concordia singulari deniq; amore deuincti indissolubili quodā coniugii nexu: perpetuos inuicem vitæ suæ annos exiguant. De hoc nāq; dictum est: quod deus coniunxit: homo nō separet. Quæ tria facillime euentura confidimus in his duobus sponso ac sponsa: quorum causa in hunc locum celeberrimum viri ornatissimi impræsentiarū conuenistis. Nā tum solent tria hæc plerumq; contingere: cum vir vxori: vxor quoq; viro conuenit Quibus ex caussis futurū est: vt nō solum duo sint in carne vna: sed duorum etiam vna voluntas: vna mens: vnus semper: idemq; consensus: summa deniq; concordia atq; tranquillitas. Demū deum principē obsecramus: vt sicut huius cōiunctionis solus est auctor habendus: ita & vobis sponse & sponsa præsentes vitā fœlicem tribuat: & ita vestrū; connubiū secūdet: vt liceat videre filios filiorū vestrorum: & sup vestra domo perpetuam ac tranquillam pacē. ad laudē dei. Benignis auribus vestra amplitudo excellentissimi patres audire passa est: quæ hodie a tenui ingenio sunt profecta: & inepte potius ꝙ studiose & acriter in mediū prolata. Fateor me perpetuo vobis deuinctum: ac vehementer obnoxium. Et quoniam agendæ gratiæ minime facultas datur: ille quæso pro me rependat: quem fontem vberrimum esse constat bonorum omnium.

Dixi.

¶ Augustini Dathi oratio.VII.qua publico nomine gratulatur egregiæ coniugi inclyti Ferrariensis ducis:& serenissimi Ferdinandi regis filiæ:tanto dignæ parente Sena transeunti:& ad genialem thalamum properanti:vinclaq3 multum laudat connubialia Dathus.

Acri matrimonii fœdera iura omnia diuina & humana commendat. Nec sane iniuria. Quādo quidē sola res est:quæ honesta vtilis iucunda terrarū orbem replet:humani generis salutem tuetur:propagationē continet actiore beniuolētia:& amore hominum conciliat societatē. Et cū cæteræ laudantur honestæ omnes societates:tū illæ patere videntur latius.quæ summorū regum ac principum necessitudine3 amplectuntur: Quippe quæ a diuina instituta prouidentia:quæ maximā humanarū rerum curam gerit:plurimorum salutem:humanæ conciliationis:conseruationē cōmunem omnium vtilitatem spectant. Euge lætemur omnes:& magno exultemus gaudio in hac summa sponsaliorum lætitia:dulce cantemus epithalamion. Adsit huncquæsumus nō Atheniensium Hymeneus:nō romanorum Thalassion:non poetarū celebrata carminibus:Iuno nō Eratho:aut alia quæuis musarum numero:nec enim illis sunt pro stultæ gentilitatis errore vincla iugalia curæ:sed mundi princeps immortalis deus sacri institutor connubii:& cōiugalis fœderis auctor cuius nutu cuncta gubernantur humana:& maximorum principum consilia actionesq3 reguntur. Adsit in ꝓ propitius ac fœlix cœlestium omnium ac terrestriū arbiter & rector deus:qui nō solum huius sanctæ societatis primus omnium instituit sacramentum:verum etiam in humanæ carnis inuolucro mortalem vitam agēs:tum sua:tum incorruptæ virginis atq3 intemerate matris interuentu & præsenti cōprobatiōe nuptias consecrauit. Aspirent lætis sponsalibus cælestia numina:& superi faueāt omnes ac fœlicibus nuptiarum celebritatem auspiciis prosequantur. Gaudeat nō Neapolis ac ferraria solū:sed vniuersa quoq3 gens Ausonia:ac tota lætetur Italia:gaudeant fideles populi & christiani cætus:cultrix pacis: astipulatrix caritatis:& ocii Sena lætetur:& magno totius populi exultet gaudio canticis plausibus lætis vocibus iubilemus omnes. Gloriosa princeps:& regali fulgens progenie:sed virtute longe fulgentior. N. splendidissimi regis filia clarissimo nupsit principi. Hinc rex potentissimus & princeps Ferdinandus: inde dux magnanimus Ferrariensis Hercules affinitate iuncta conuenerunt in ꝓ ad communem salute3 retinendam:ad pacem seruandam:ad firmandam vniuersorum tranquillitatem:ad prisci sæculi fœlicitatem reuocandam: ad bonorum omnium cumulum augendum. Lætemur igitur omnes:& incredibili exultemus gaudio:hylarem diem ac festum agentes sacra hæc sponsalia summa animorum iucunditate celebremus. Tu vero illustrissima princeps cum tuorum omnium splendore sis quæsumus perpetuo fœlix cum dulcissimo sponso Hercule diuturnam ac beatā vitam degēs et qui te admirabili virtute:pudicitia:venustate:decore:& maximis donauit ornamentis deus:cum tui regalis ac præclarissimi generis splendore & gloria pulchra faciat te prole parentem.

Dixit.

Hymeneus Ath
Thalassiō rom.

¶ Aug. Dathi oratio. VIII. habenda post conuiuium a filio: qui patremfamilias excuset: quod nulla arte nec satis conuiuarum dignitate facilem conuictum: ac simplicem mensam parauerit dulcibus propinquis: & iucundis amicis. amoris in suos: ac beniuolentiæ ostendendæ gratia.

Lycurgus:



Vum sit homo ex omni animantium numero conuiuæ ornatissimi natura socialis: præclare Lycurgus Lacedæmonius: q leges sanctissimas tulit: instituisse fertur: vt sæpe in vnum conuenientes ciues: publice conuiuere potius q̃ priuatim cõsueścerent: vt eam ipsam ob causam & si grauior seuiorq; videretur: nequaq̃ est amicorum aspernatus conuiuia: in quibus non ad ventris ingluuiem: sed ad dulcem quampiam & periucundam cõsuetudinem: ac suauissimum conuictum sapienter: ac laudabiliter constitutis. & flagrãtem præ se ferrent charitatem: & mutuis quibusdam oblectarentur alloquiis. Ita enim vehementius exardescere videbatur mutui amoris: & charitatis affectus: et vera elucescere naturæ atq; humanitatis ratio. Hac mente ductus charus genitor: qui vos omnes dulces propinqui: atq; amici non modo beniuolentia: sed summa quoq; charitate prosequitur: vestra lenitate ac facillimo fretus ingenio: ad simplicem mẽsam inuitare non est veritus: vt quos maxime charos habet: præsentes intueretur: & ex eorum conspectu quos præcipue diligit. summam perciperet voluptatem. Ferte igitur quæsumus æquo animo si forte fecisse familiarius videatur. Confidit enim vestram sapientiam perspecturam corporis affectum: atq; optimam voluntatem: clementiam vero ignoturam sibi quod splendorem epularũ & lautos cibos non attulerit. Agit ob id maximam vestræ amplitudini gratiam: quando non piguit incauto interesse conuiuio: ac iuuit hos lares vestro celebrare interuẽtu: & læti suscipere: quæ longe sunt vestra inferiora dignitate. Det cœleste numen conuiuari sæpius: & ea pensare: quæ hodierno die fuerint prætermissa.

Dixi.

¶ Aug. Dathi orõ. ix. Pro eo qui mensis remotis gratias agit cõuiuis: seq; ipsum excusat: quod non satis pro discũbentium dignitate laute conuiuium splendideq; parauerit. Hanc orationem filii nepos Hieronymus Dathus post sui ipsius patris cõuiuiũ in pueritia habuit apud quosdam nobiles ac insignes primates.

D Vo in conuiuio spectari consueuerunt. conuiuæ ornatissimi: vt & Græci philosophi: & illustres Latini auctores tradiderunt. Hinc magnifici apparatus & epularũ nitor ac delitiæ. Inde conuiuendi & alloquendi summa suauitas & dulcis conuictus. Si primum consideramus statuimus vix fieri posse: vt satis ꝓ meritis & pro vestræ amplitudinis dignitate laute & opipare conuiuiũ parari possit. Verum quod in apparandi splendore omittitur. putamus abunde compleri ex optima nostra voluntate: & ex hylaritate dantium animorum. Itaq; confidimus conuiuæ dulcissimi: vos imitaturos præ-

Artaxerses:

rum ac laudandum Artaxersis regis exempluꝫ: qui vt in veteribus historiis legimus: cum sibi obsequitanti inops ac rudis agricola quispiam

qui nichil haberet:quod aliud dono daret:haustam aquã ex proximo flumine vtraq; manu detulit.Ille munus periucũde accepit:& letissimo animo non rei mensus paruitatem.sed optimam deferentis intẽtionẽ. Facient (vt speramus) & vestræ hodie humanitates idem. Quoniam vt recte Plutarchus ait non minus preclarũ est pauca accipere benigne ꝙ magna dare et largiri liberaliter.Credimus igitur vos defectũ oẽs æquis animis sustinere. Qui autẽ tam humaniter dignati estis huic conuictui ïteresse:& vestra ornatissima præsentia cõplere cõuiuii voluptatem:& magnam agimus & habemus gratiam:orãtes Deum:vt sæpe & feliciter conueniendi tribuat facultatem. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio x ad agendam nomine alteriusgratiam in conuiuio.

Non me decebat in tam pclaro sodalium consessu ignarũ totius disciplinæ verba facere patres celeberrimi.si nõ venerabilis atq; optimi patris auctoritas ad dicendũ atq; imperiũ compulisset.itaq; eius iussu atq; nomine mentẽ eius atq; humanitatez breui absoluã:Putabat vestras amplitudines maiore apparatu ac splẽdore dignas esse:ꝙ quẽ sua parare facultas potuerit.Præsertim tam pcelsa solẽnitate pspecta:ac vestra considerata clementia:quæ hoc lætũ ac celebre conuiuiũ suo conspectu exornare digna est.Hortatur vestras mansuetudines atq; orat:vt suæ imbecillitati nõ vlli negligentiæ ascribatis:si nõ sit vestris factum satis amplissimis meritis.Ego vero libentius illi egissem gratiã:quã meretur ipse ingentẽ:ꝙ pro illo vestris humanitatibus excusationẽ vllam attulissem.Deus pro sua benignitate frequenter eiusmodi nos leticia impartiri dignetur:cui pro tãtis beneficiis quas possumus grates diligentissime persoluamus. Dixi.

¶ Aug.Dathi oratio .xi.ad idem in festo sancti Nicolai.Hãc orationem filii neposHieronymus Datbus in pueritia habuit cum domi pfata ac dathorũ solita festiuitas celebraretur magna insigniũ ac reuerendorum conuiuarum astante corona.

Siquid in me fuissetingenii:si quid eloquẽtiæ& doctrinæ:quod sentio perexiguũ esse:patres & viri pstantissimi perlibẽter hodie vobis dignas pro meritis egissem gratias: qui in hac sacra huius diei solẽnitate humaniter dignati estis ꝙ gratissimum mihi summi amoris ac pietatis officiũ exhibere:& tenue hoc & pusillũ conuiuium vestro ornatissimo ac iucundissimo decorare conspectu. Ea res nobis summã atq; incredibilẽ festiuitatẽ ac læticiaz peperit. Quod si defuit ciborum lauticia atq; epularũ splendor: pro his nos habuimus summorũvirorum dignitatẽ & lepidissimorũ conuiuarũ coronaz:quorum pcipua affabilitas comitasq; sermonis vel pciosissimas quasq; antecellit dapes:& saporũ omniũ dulcedinem superat.Vt si minus fauces fuerint refectæ ꝙ necesse erat.abunde suppetierit dulcis acfrugifer confabulantium sermo ac suauissimum animorum pabulũ.Ita quidẽ iucũde vt ad præclaram hodierni solẽnis celebritatẽ & beatissimi confessoris acpontificis Nicolai patris nostri venerandã cõmemorationem accedente vestræ humanitatis munere:acperiucundo consensu nihil ad summi gaudii cumulum:ac plenitudinẽ desit.Profiteor me patres amplissimi pro tam ingenti beneficentia perpetuo me vobis fore deuictuz Pontif.Nico.

ac longe a referendæ gratiæ potestate distare. Deum igitur bonorū omnium auctorem: quo in me est iugiter ac sedulo deprecor: vt quas mea imbecillitas nequit pro immensa eius clementiæ largitate summas pro me atq; immortales rependat gratias: Et pro collato munere amplissima vobis reddat præmia: præsertim vero gloriosi pōtificis Nicolai intercedentibus precibus simul & huiusmodi facultatē impartiri dignetur: vt quod hodie erratū atq; fortassis ommissum est: cumulatius aliis temporibus cū summa omnium lætitia valeam repensare. Postremo id mihi ipse persuadeo nō tenuis conuiuii inopiam: sed amoris copiam & optimam animi voluntatē vobis spectatā fuisse gratiora: quanto simpliciora incautioraq; si ab optimo sunt corde profecta. Si quid vestra quouis tempore auctoritas imperabit nulla vnq̄ erit in me mora Dixi:

¶ Augustini Dathi oratio .xii. ad gratiam agendā conuiuis in festo die diui Andreæ apostoli.

Nihil potest: nec debet quidē humana conditio venerandi ac p̄stantissimi patres curare: aut studiosius in omni vita contendere q̄ summo & immortali rerū omnium conditori deo & superis ac cælitibus omnibus debitū cultū ac summam venerationem exhibere: quod faciūt libenter ac studiose imprimis: qui nouerunt deum mirabilem in sanctis suis: & vere sanctū in omnibus operibus suis: quē admodum prophetica veritas contestatur. Sed imprimis vere incredibili ammiratione dignū in sanctis apostolis: quos elegit e mūdo: vt mundum instruerent vniuersum: ac præcipue post principē apostolorum Symonem Petrū: super quē ædificata est ecclesia dei. Andream fratrē eius quem vero dilexit dominus in odorē suauitatis: & adeo in apostolorū sacro collegio charum habuit: vt & ad maximam ipsius imitationē crucis patibulum subire voluerit. Eius hodie p̄claram solēnitatem christiana & fidelis concio celebrat: quā cum vestræ paternitates atq; amplitudines dignatæ sint in hoc sancto templo hodierno die ornatissima sua decorare præsentia. Et post peracta diui apostoli sacra & augusta missarum solēnia: hoc se reficere tenui & pusillo conuiuio aguntur vestris humanitatibus ingentes gratiæ: & quas cogitare potest facilius q̄ referre humana facultas. Sed deum omnipotentē obsecrabimus: vt pro tanto munere præmia digna rependat: ac retribuat tantis meritis iustam laboris mercedem. Vestram autem precamur benignitatem: ne vilis & contemptæ refectionis tenuitatem: sed summā animorum deuotionē & cumulatissimæ charitatis affectū: & plenam mēsuram fidei metiri velit. Prosit vobis. Dixi.

Simō Petrus.

Prosit.

¶ Clarissimi & oratoris: & philosophi Augustini Dathi Senensis Stromatum ad Dominicum Bilioctum. liber primus fœliciter incipit.

¶ Capitulum primum de duplice exercitationum genere



VO constat fuisse apud veteres romanos genera exercitationis imprimis: in quibus versabantur: qui actiuā: et negotiosam vitam degerent. Nā aut amicos defendebāt. aut administrabāt remp. Ex his nāq3 duabus exercitationibus præcipuam gloriā consequebantur: atq3 in his maxime ob eam causa3 versatus est Cicero. Idq3 est apud eum sæpe defensionu3 labores: & senatoria munera. Id forensium rerum labor: & ambitiõis occupatio. Id in nõnullis locis forenses litteræ: & senatoriæ. Id amicorum negotia ac reipublicæ procuratio: Id nõnunq̃ forū & curia. Quorū omnium alterū semper ad amicorū defensionem refertur: alterum vero ad reipublicæ curā. Itaq3 & in oratione de imperio CN. Pompeii magni ostendit suum tampus: ante illa amicorū tēporibus fuisse transmissum et tunc primū sese ad remp. contulisse. Nā sicut resp. omnis duobus constat: publico & priuato: ita aut homines defenduntur: aut ciuitates.

Duo exercitatõnis genera.

Cicero:

Cn. pompeius

¶ Cap. II. de Philosophia ac nominis eius diffinitione: deq3 philosophiæ sapientiæq3 discrimine.

P Hilosophia res quædā est: multo omnium præclarissima. Cuius si dignitatem quærimus: sola philosophia est. quæ rationē ac disciplinam recte viuendi continet: sin nominis diffinitionem philosophia sapientiæ studium appellata est. Hinc Cicero. Et cum omnium artium: quæ ad rectam viuendi viā pertinerent: ratio: & disciplina studio sapientiæ: quæ philosophia dicitur: cōtineretur. Hoc michi latinis litteris illustrandū putaui. Et quod omnium artiū: quæ beneuiuendi viam spectant: dicitur cōtinere rationē: ad rem pertinet philosophiæ. Quod vero studium sapientiæ interpretatur: ad nominis diffinitionem significationēq3 refertur: ¶ Quocirca & Lactantius Firmianus in tertio sacrarum institutionum libro his verbis vius est. Philosophia est vt nomen indicat: ipsiq3 diffiniunt: studium sapientiæ. Græci quoq3 nõnunq̃ ita diffiniunt: vt Ioannes Damascenus ostendit. Quid est nisi studium: quid deinde Sophia: nisi sapientia apud Grecos. Seneca aute3 Stoicus acerrimus in epistola ad Luciliū: phia inquit: sapiētiæ amor est: et affectio. Nec philosophia & Sophia sunt idē: quod quida3 falso arbitrantur. Nō est enī philosophia sapientia: sed potius studium sapientiæ: ¶ Atq3 id circo idem Seneca ait. Aliquid inter sapientiā: & philosophiam interest: neq3 fieri potest: vt ide3 sit quod affectatur: & quod affectat. Quomodo multu3: inter auaritiam & pecuniam interest cum illa cupiat: hæc concupiscatur: sic inter philosophiam & sapientiam.

Dignitas phi.

Definitio phi.

Lactantius

Io. Damasce.

Philo, & Sophie differentia.

Hæc enim illius affectus atq3 præmium est. Illa venit. ad hanc itur. Lactan tiusquoq3 eandem confirmat sententiam dicens. Si ergo philoso phia sapientiam quærit: nec ipsa sapientia est: quia necesse est: aliud esse quod quærit: aliud quod quæritur.

¶Capitulum tertium de tribus actiuæ Philophiæ partibus.

Actiua phia



Ctiua philosophia: quæ practica appellatur a Græcis: trifariam diuiditur. In moralem. quam Græci Ethicã vocant. in domesticam. quam appellant ipsi Oeconomicam. & in ciuilem. quæ Græce Politica dicitur. Harũ prima circa institutionem sui ipsius versatur: & idcir co de rebus bonis: & malis quærit. secunda familiam gubernat & rem curat familiarem. tertia rempublicã administrat. Hanc vero triplicem partitionem in plærisq3 locis. M. Tullius significare videtur. Hinc est illud in Tusculanis disputationibus cõtra Græcorum arrogantiam: qui se insolenter laudum omnium princi pes atq3 auctores prædicarent. Mores & instituta vitæ: propter Ethicã sapientiam: resq3 domesticas & familiares: propter Oeconomicam par tem. Nos profecto melius tuemur & lautius. Deinde Politicã disciplinam addit. Rem vero publicã nostri maiores certe melioribus temperauerunt: & institutis & legibus. Sed & eodem in libro multo post: hæc dicit de Socrate: qui primus fertur meliorem sapientiam inuexisse. Socrates primus philosophiam deuocauit a cœlo propter totã actiuæ phi losophiæ rationẽ: & in vrbibus collocauit: quod est politicæ: in domos introduxit: quod est familiaris & domesticæ: & coegit de vita & moribus: rebusq3 bonis & malis quærere: quod moralis atq3 Ethicæ partis ẽ Nec nos moueat: si in eiusmodi partibus enumerandis ordo immutatus est. Illic enim Cicero temporis rationẽ spectauit: hic dignitatis ordinem. Nam & si primo debemus nos ipsos instituere: deinde rẽpublicam capessere: tamen quia ciuile bonum præstantius est: merito reliquis partibus præferebatur. Si ciuilis societas (vt in Politicis libris Aristoteles argumentatur) principalissima est omnium: principalissimum quoq3 bonum complexa est.

Socratesphilo. inuentor.

¶Capitulum. IIII. de legis moris: atq3 instituti diffinitionibus: et quid hæc inter se differunt.



Mnis bene instituta ciuitas: moribus temperatur: et legibus. Quibus ex rebus rectissime ciuilis ratio atq3 vsus absoluitur. Nam apud Romanosquẽ admodu3 & apud Græcos: aut ex scripto: aut ex nõ scripto ius constare perhibetur. Et scriptum quidẽ ius est: quod in varias partes distribuunt: leges: plebiscita: senatusconsulta: principum placita: magistratuum edicta: responsa prudentum. Non scriptũ autem ius vocant: quod vsus comprobauit. Etenim vt ciuilia iura prodiderunt diuturni mores consensu vtentium comprobati legem imitãtur. Verum. M. Cicero quum de republica sæpe infert mentionem: aut

Ius scriptum

Ius non scriptũ

eges & mores commemorat:aut instituta & leges:aut mores disciplinas & leges complectitur:quæ omnia quo facilius intelligi possint diffinitionibus illustranda sunt. Ac disciplina quidem quasi generis locū obtinet:& vniuersam reipublice institutionem amplexatur:qua maxiē Athenienses ac Lacedemonii floruerunt. Ea vero & instituta continet & mores deniq3 ipsos. Institutum autem diffiniunt:quod tam legibus ꝙ moribus ad honestatem ducit. Nec sola honestatis cognitione cernitur:sed actionem potius spectat & opus quādoquidem virtutis laus potissimum in actione consistit. Ita ēt a precepto differt:quod præceptū quid agendum:aut non agendum sit:docet:institutum vero legibus & moribus ad virtutis exercitationem pducit. Ad vero lex quid sit:multifariam finiri solet. Sed hec vidētur de legis difinitione tradita eruditius. Et primum quidē aristoteles. Lex est:inquit:communis ciuitatis cōsensus qui scriptis precipit:quomō vnum quodq3 agēdu3 sit Hæc tria potissimum spectanda sunt:dicitur enim lex communis ciuitatis cōsensus:quoniam populum vniuersum hoc est Senatores:& plebem cōueni re:& consensum adhibere necesse est. Deinde adiicitur:qui scriptis pcipit quod ad morum diferentiam adiungitur:qui scripto non constant Postremo subnectitur quomodo vnumquodq3 agendum sit. Quibus verbis legum officium atq3 munus exprimitur. Quid.n.intendunt leges:quid sequētur quid spectāt aliud:nisi id quod in libro de Legibus complexus est Cicero:Vim.n.leges habent:ad recte facta vocandi:& a peccatis auocandi:ad recte faciendū impellendi & a delicto repellēdi Itaq3(vt idem Cicero tradit)& supplicio improbos afficiunt & defendūt ac tuētur bonos Isidorus autem vir aprime eruditus ita legem diffinit. Lex est constitutio populi:qua maiores natu:simul cūplebibus aliquid sanxerunt Hec diffinitio cum Aristotelis sentētia nequaꝙ dissentit. Nā communis ciuitatis consensus:& constitutio populi:idem significare videntur. Populi.n.apellationem (vt iurisconsulti precipiunt)vniuersi ciues continentur Sancire vero aliquid:nihil est aliud ꝙ ea constituere in ciuitate quibus ad beneuiuendum homines impellātur:a delinquēdo autem abuocentur. Papinianus iure consultus.& ipse quoq3 legem finit in hunc mundum. Lex ē commune præceptum:virorum prudentū consultum:delictorum:quæ sponte vel ignorantia contrahūtur: cohertio communis reipu.sponsio. Quum dicitur commune præceptum: legis declaratur communitas:cui omnes parere necesse est. Quum dicitur virorum prudentum consultum:legis ostenditur perfectio: quoniā legum conditores:viros prudentes:& eximia prestantes virtute esse cōuenit:quales Draconem:& Solonem apud Athenienses:Lycurgū apud Lacedæmonios fuisse accepimus:,Quum aditur porro delictorum cohertio:affertur legis officium:quod delictorum omnium turpitudine3 cohibet ac fœditatem compescit. Postremo quum adiicitur communis reip.sponsio:legis exprimitur auctoritas:in quam tota ciuitas: populus vniuersus consentit. Nec idem sunt commune præceptum:quod initio proditur:& communis reip:sponsio:quod in calce adiectum est. Illud enim spectat communem quandam(vt ita dixerim)obligationem: hoc vero communem approbantium consensum. Ille quoq3 legis finitiones probari solent:& a viris tradi nequaquam indoctis. Lex est scri

Institutum

Legis definitio

Sancire

Legū conditores

pta constitutio. Lex est ius scriptum asciscens honestum: & prohibens contrarium: In qua diffinitione tria non absurde considerantur. Ius tā quam genus ponitur: quod legem complectitur: & morem. Scriptū quā additur: legem separat a more. Asciscens honestum: prohibens contrarium: vim legis exprimit: quæ (vt sæpe iam diximus) iubet: & coli honestatem: & turpitudinem deuitari. Sed & aliter diffiniunt legem. Lex est quod populus Romanus Senatore Magistratu interrogante velutī Cōsule constituebat. Ad sanciendam enim legem quondam apud Romanos: aut rogante Senatore magistratu aliquid a populo cōstituebatur et id legem appellabant: aut vicepopuli Senatus consulebatur: & id iussum Senatus cōsultum vocabatur. Quod si quid plæbis plæbeio interrogante Magistratu constituissent: id dicere plæbiscitum solebant. Secundum vero Ateium Capitonē: Lex est generale iussum populi: aut plæbis rogante Magistratu. Nec solū generalia populi: aut plæbis iussa erudīti veteres: sed etiam priuilegia translato nomine leges appellauerūt idq3 copiose ostendit. Au. Gellius in libro de Noctibus Acticis. Ac de lege quidem satis. ¶ Mos vero: quod ad huius loci inuestigationem ptinet: vel non scripta lex est: vel vetustate probata consuetudo. Et consuetudo quidem genus est in hac diffinitione vetustate probata: differētia est. Neq3 enim omnis consuetudo mos est: sed ea solum: quā diuturnitas temporis: ac vetustas comprobauit. Liquet igitur quid institutū sit: quid lex: quid mos. quæ omnia cum apud alios veteres: tū apud .M. Tullium Latini eloquii parentem ac principem frequenter liceat inuenire. Sed is plærunq3 instituta: & leges commemorat: alterum ad ea iura refert: quæ communia sunt ciuitatum omnium: alterum ad eas sanctiones: quas sibi singulæ ciuitates constituūt: quæ vulgo municipalia iura vocant. Hinc est in Tusculanis disputationibus illud. Rem vero publicam nostri maiores certe melioribus temperauerunt & institutis. & legibus.

Legis sanctio

Aul. Gelius

Mos. Cōsuetudo

¶ Capitulum. V. De quadruplice prudentia: de re militari atq3 eius partibus.



Vam magna: q̄q3 præclara virtus sit prudētia: id magno argumento esse possit: quod Socrates ipse a quo de moribus inuenta philosophia est: vel omnes virtutes prudentias appellabat. Quem tamen reprehendit in Ethicis Aristoteles: propterea quod non omnes virtutes: prudentiæ sunt: sed omnes potius prudentia diriguntur. Se qui hæc differunt accuratius quattruplicem prudentia distribuunt. Vnam singulorum hominum: qua se quisq3 tuetur: ac regit: secundam domesticam: qua domus: & familiæ gubernantur: Tertiam ciuilem quæ ad reipublicæ institutionem: vtilitatemq3 refertur. Quartā quam militarem vocant: ac bellicam: quæ ipsa ad ciuitatis conseruationem: & salutem pertinet. Sicut enim in quoq3 homine duplex virtus cernitur: & altera quæ bonum prosequitur malum: declinat altera: quæ aggreditur repugnantia: ac resistit prohibētibus: ita & ciuitatem ipsā & legibus: & armis instructā esse oportet: vt legibus bonū commune seruetur: deuitetur malum: armis vero inuadentium hostiū & commune bo

Prudentia quadruplex

num impedientium furor atq audacia cõprimatur. Bene concionator sapientissimus varietatem ostendens rerum humanarum: ait. Tempus belli esse: & tempus pacis. Ad repellendas aduersariorum insidias: ad ꝓpulsandas hostium iniurias: belli temporibus res militaris inuenta est Sed ea diuiditur in duas partes: disciplinam: & virtutem. Disciplina gerendorum bellorum cognitionem scientiamq; complectitur: virtus vero exercitationem potius: & operosam quandam in suscipiendis: & cõficiendis bellis fortitudinem. Hinc illud eximii oratoris in præfatione Tusculanarum disputationum. Quid loquar de re militari: in qua tu; virtute nostri multum valuerunt: tum plus etiam disciplina. Virtutem autem ob eam causam præposuit: quia rationem habet finis: & dignitate præcedit. At obiiciat quispiam non duas partes esse rei militaris tãtum: sed quattuor: quod in imperatore qui gerendis bellis præficiẽdus sit: etiam quattuor esse conueniat: testimonio Ciceronis: qui in oratione de imperio CN. Pompeii hæc dicit. Ego enim sic existimo in summo imperatore quattuor has res inesse oportere: sciẽtiam rei militaris virtutem: auctoritatem: fœlicitatem. Sed hanc dubitationem soluere ꝑfacile est. Nam quum dicimus rem militarem partiri in disciplinam: & virtutem: ea intelligimus quæ rei militari ꝓprie insunt: nõ quæ extrinsecus adueniant: sic auctoritas imperatori apud alios est: sic fœlicitas in diuini numinis potestate consistit. Sed disciplina atq; virtus vt industriæ: sic etiam nostri arbitrii est. Res militaris Quattuor Imperatore eẽ dãt

❡Capitulum. VI. quod alia nobis natura insunt: alia doctrina: & litteris comparantur: quodq; virtutis neq; natura: neq; præter naturam nobis insit.

MVlta sunt: quibus hominum genus maxime excellit: & ꝓclara quædam humani ingenii ornamẽta: sed ea omnia bifariam distinguuntur: alia quæ natura nobis insunt: alia quæ litteris: doctrina: atq; vsu comparantur. Secundum quam diuisionem illa sint Ciceronis verba: quibus in disputationibus Tusculanis Romanorum laudem ac nomen prædicat. Iam illa: inquit: quæ natura: non litteris assecuti sumus: nec cum Græcia: nec cum illa gente sũt conferenda. Sed illud mirandum videri possit: quod cum multa dicat: natura ingenita esse multarum virtutum subnectit exempla: quasi illas naturales esse: & a natura nobis ingenerari concedat. ꝓxc.n. continuo subiicit. Quæ.n. tanta grauitas: quæ tanta constantia: animi magnitudo & alia quæ nos dicere virtutes non dubitamus. Testis est autem Aristoteles secundo Ethicorum: moralem nullam nobis natura inesse virtutem. Atqui nosse debemus: non id sentire. M. Tullius: vt virtutes ipsæ: aut Romanis: aut quibusuis aliis natura insint: s; id scilicet natura nobis semina esse innata virtutum: earumq; a natura paruulos datos igniculos: quæ res aptitudinem quandã ac veluti inclinatione; significat: quam propensam habet ad virtutem hominum genus. Quocirca dicit Aristoteles: neq; natura: neq; ꝑter naturã insunt nobis virtutes: s; sumus nos ad illas quidẽ recipiẽdas natura apti: perficimurq; ꝑ cõsuetudine. Ac deĩn statim infert. Præterea quæ natura nobis insunt: eorum potentias prius ferimũs. Non igitur de actu virtutis coniectanda sunt Ciceronis verba: sed de aptitudine ipsa potius ac naturali ad vir Cicero in Tu.q.

tute potestate. Hoc pacto vero nō iniusta sit illa romanorū Laus. Quæ enim tanta grauitas: propter prudentiam: quæ tanta constantia : propter temperantiam ac modestiā: animi magnitudo propter fortitudinem probitas propter iusticiam. Fides autē idcirco additur : quoniam grauitati maxime conuenit: quæ ꝓpria est latini generis: sicut contra perfidia ab inconstantia: & leuitate potissimū profecta est. Græcos autem leuitatis accusant: a quibus: & fidem abhorrere testis est Cicero in oratione pro L. Flacco dicens. Tribuo illis litteras: do multarū artiū disciplinam non adimo sermonis leporē: ingeniorum acumen: dicendi copiam. Et infra subnectit. Testimoniorum religionē & fidem nunꝙ ista natio coluit: totiusq; huiusce rei quæ sit vis: quæ auctoritas quod pondus ignorant. Ex quibus verbis patere potest: quāobrem quattuor virtutum generibus: fides eo loco adiecta sit.

Græcorum leuitas

¶ Capitulum septimum de vetustiore Græcorum laude: & maiore romanorum gloria.

G Ræci vt vetustate temporū romanos præcesserunt ita & multo ante ꝙ roma condita est doctrina : atq; omni studiorum genere floruerunt. Itaq; & ab his hisdem philosophiam sumpsisse principia plærīq; autumant: præsertim vero Laertius Diogenes in eo libro quē de vita philosophorum præclare eleganterq; conscripsit: afferens nō modo philosophiæ studia: sed & ipsum quoq; hominum genus a Græcis fuisse profectum. Sed extitisse Græcos disciplinarum liberalium auctores: ne ipse quidē inficiatus est Cicero: qui & libris de oratore ad. Q. fratrem hæc dicit. Omittam Græciam: quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit: atq; illas omniū doctrinarū inuentrices Athenas. Perdiu igitur Græcorum natio & armis & gubernatione rerum publicarum: domesticis institutis: & imprimis doctrinæ atq; eloquentiæ gloria præter cæteras gentes claruit. ¶ Sed has omnes laudes exorti romani eripuerunt Græcis: atq; in latium transtulerunt : quod deplorauit aliquando Apollonius Molonis: cum in Rhodo aliquādo declamantem Ciceronem audisset: dolens plurimū auferri Græciæ tot tantarumq; rerum gloriam: & ad Romanos transferri. Quocirca nō incongrue in Tusculanis quæstionibus proditū est. Doctrina Græcia nos & omni genere litterarum superabat: in quo erat facile vincere nō repugnantes. At post labente ætate a paruis initiis roma profecta: paulatī ad summum laudū amnīmū culmen fastigiumq; euasit: vt nō sit mentitus Cicero: qui dixerit: Meū iudicium semper fuit omnia nostros: aut inuenisse per se sapientius: ꝙ Græcos: aut accepta ab illis fecisse meliora: Quamꝙ. F. Quintilianus in xii. institutionis oratoriæ libro: aliā laudem Græcis: aliā Romanis tribuit dicens. Quantum graeci præceptis valent: tantum romani: quod est maius exemplis: vt præcepta ad artē: ac disciplinam exempla ad exercitationem atq; vsum referantur: tamē qum accuratius considyeramus: vtrāq; palmam audemus dare latinis qui bonarum artium omnium rationem iampridem sibi pro suo iure vendicarunt.

Diogenes Laertius

Doctrinarū inuentrices athe.

apollonius mo

Fab Quinti:

¶ Capitulum octauū de poetarū vetustate: quod iidem etiam sapientum nomine appellati sunt.



Vm multplex sit doctrinæ laus : ac litterarum gloria : vt ob eam causam alios philosophos : alios oratores : alios historicos atq; alios item Sophistas: alios Poetas esse dicamus. Poetarum tamen genus e doctis antiquissimũ esse omnium perhibetur: quod & primum sese extulit: & apud græcos vetustissimis temporibus floruisse testis est Cicero nobis in Tusculanis quæstionibus ita inquiens. Nam cum apud græcos antiquissimum e doctis sit genus poetarum: & alia: græcos autẽ disciplinarũ omnium ac totius philophiæ: & inuentores: & principes extitisse pauloante monstratum est. Sed intelligere debemus poetas ipsos etiam Sophos hoc est sappentes quondã fuisse appellatos. Itaq; & Sophistaruz. sæpe apud græcorum vetustissimos nomine atq; appellatione cõmemorantur. Eosdez enim græci & & vocare consueuerunt. Et quid Laertii Diogenis in hanc sententiaz hæc verba sunt. Verum poete quoq; Sophistarum appellatione honoratur. Deniq; Cratinus in archiloco Homerũ: & Hesiodũ admirãs ita illos vocat. Hæc Diogenes Isocratesq;.

¶Capitulum.ix. de Homeri atq; Hesiodi temporibus

H Omerus et Hesiodus clari ac nobiles imprimis poetæ apud græcos celebrantur. Sed de eorum ætate apud rerum scriptores magna controuersia est. Sed de his ita tradit. A. Gelius libro .xvii. Noctium atticarum. De Homero & Hesiodo inter omnes fere scriptores constitit: ætatem eos egisse vel hisdem fere temporibus vel Homerũ aliquanto antiquiorem: vtrũq; tamen ante romam conditaz vixisse Siluiis Albæ regnantibus: annis post belluz Troianum vt Sallus in primo Cronicorum annalium de homero dixit: annis circiter centũ &.lx. M. Cicero in Tusculanis quæstionibus Homerum quoq;: & Hesiodũ testatur fuisse ante Romam conditam: sed vter antiquior extiterit: certe non explicat. De homeri vero temporibus ꝙ magna ambiguitas sit: non obscure declarat Eusebius Cæsariensis in libro de temporibus dicens. Quanta de eo apud veteres dissonantia fuerit: manifestuz esse poterit ex sequentibus: quidam eum ex quibus Socrates ante descensum Heraclydarum ponunt: Aristoteles post centesimum annum Troianæ captiuitatis. Aristarchus Ionica emigratione: siue post annis centum Philocorus emigrationis Ionicæ tempore: sub Archippo Atheniensium magistratu: Et post captam Troiam: annis. clxxx. Apollodorus Atheniensis post.cc.xl. annos euersionis ilii. Extiterũt alii. qui modico tempore anteꝙ Olympiades inciperent. cccc. retro annis Troiane captiuitatis eum fuisse putent Licet archilogus .xxiii. Olympiade: & quinto Troianæ euersionis anno supputet. Hic etiam idem Eusebius Homerum: & Hesiodum hisdem significat floruisse temporibus: non multo ante conditam Cartaginem. Eutropius autem agrippa Siluio albe regnante Homerum in Græcia fuisse prodit.

au; Gelius.

Eusebius Cese.

¶Capitulum.x. de archilochi poetæ ætate. deq; eius viri summa præstantia.

Archilocus

Rchilocum poetam.M.Tullius in præfatione primi libri Tusculanarum disputationum:fuisse ostendit:regnante Romulo. Ab eo tamen dissentit Cornelius Nepos:quem &.A.Gelius probare videtur:qui libro.xvii.de Noctibus atticis dicit hæc verba. Archilocum autem Nepos Cornelius tradit Tullio Hostilio Romæ regnāte:iam tunc fuisse clarum & nobilē.Sed cum solus Numa Pompilius inter Romuli regnum:& Tullii Hostilii intercesserit:potuit vel trium regū Archilocus temporibus floruisse:præsertim cum Numa ipse vno:& quadragesimo Imperii anno decesserit.atqui merito archilocus iter viros clarissimos:& celebres poetas annumerādus est:cuius etiam percussores apollo prodidit:vt in collectaneis Solinus ait:& latronum facinus deo coarguente detectum est:quod tamen ipsum & Plinius in septimo Naturalis historiæ libro:ģis verbis antea tradiderat.archilochi poetæ interfectores apollo arguit Delphis.Sed &.M.Cicero in oratore hunc cum Homero:Sophocle:& Pindaro enumerat:quos constat omnis clarissimos extitisse.

Cornelius ne:

Solinus

Plinius:

¶Capitulum.xi. Quod sero apud romanos:& cogniti poetæ & recæpti sunt.Deq; ea re temporum supputatio.

Liuius primus Ro.fabulo⁊ doctor

S Ero apud romanos vel cogniti vel recæpti sunt poetæ.Et sero quidē cogniti sunt:quod Liuius primus apud romanos fabulam docuit:quod &.A.Gelius tradiderunt multo post Romam conditam.Sed ea de re inter historiarū scriptores disceptatio est.Ex Tusculanis disputationibus Ciceronis hæc verba sunt.Annis fere.cccc.x.post romā conditam Liuius fabulam dedit Claudio cæci.F.M.Tutitano.Coss.anno ante natū Ennium qui fuit maior natu ꝙ Plautus:& Neuius.His consentit & Gelii testimonium libro.xvii.de Noctibus Atticis in hunc modum dicentis:Primus omniū.L.Liuius poeta fabulas docere romæ capit:post Sophoclis & Euripidis mortem.Idq; ipsum Claudii & Tuditani consulatu.Sed & de Ennio quoq; cum Cicerone concordat ac subiicit Claudium & Tuditanū consules sequuntur Q.Valerius &.C Mallius:quibus natum esse.Q.Ennium poetam.M.Varro in primo de poetis libro scripsit.Ac post de Neuio infert.Anno deinde post romam conditā quingentesimo vndeuigesimo C.Neuius poeta fabulas apud populum dedit:quem.M.Varro in libro de poetis primo:stipendia fecisse ait bello punico primo.Plautus vero Catonis viguit tempestate:sicut idem testis est Gelius hæc dicens.M.C.orator:Plautus poeta in scena floruerūt.Quo tempore & Diogenes Stoicus Carneades Academicus:Critolaus Peripateticus ab athenensibus ad Senatum populi Romani:negotii publici gratia legati sunt.Secundū alios vero nō.L.Liuius:sed potius Licinius primus dedit apud romanos fabulam:quod non omittit idem ipse Gelius inquiens.Portium autem Licinium Seruius poeticam romæ cæpisse dicit.Verum de Liuio probatior sententia est:si annorū supputatio conueniat.Nam in Tusculanis quæstionibus Liuium dedisse fabulam ostenditur:annis fere.cccc.x.post romam conditam:& in Bruto Cicero secum quodammodo dissentiens hæc tradit.Atq; hic Liuius:qui primus fabulā.C.Claudio cæci filio:&.M.Tuditano consulibus docuit anno ipso.ante ꝙ natus

C.Neuius

Licinius

est Ennius: post romam conditam autem quartodecimo: & quingentesimo: v. hic ait: quem nos sequimur. Est enim inter scriptores de numero annorum controuersia: Quibus verbis ambiguitas soluitur: quod non eadem de numero annorū apud scriptores sententia est. atq3 idcirco in Tusculanis quæstionibus nō dicit solum annis. cccc. x. post romā conditam: sed annis fere. cccc. x. post romam conditam. Est enim eo in loco non minutionem: sed dubitationem significat potius. Patet igitur sero admodum apud romanos cognitos fuisse poetas. Sed nec cogniti repente a romanis recepti sunt: diu vero etiam poetis parum est habitum honoris: vsq3 adeo: vt M. Cato obiecerit tan℗ probru3 ac decus. M. Nobiliori: quod. Q. Ennium poetam secum consul in Etoliam duxit. Quod & in Bruto attingit Cicero his verbis. Dicunt etiam L. Lentulum: qui cum. C. Figulo consul fuit. Q. Nobiliorem. M. filium iam patre instituto deditum studio litterarum: qui etiam. Q. Ennium qui cum patre eius in Etolia militauerat: ciuitate donauit. Sero Romanis cogniti poetæ.

¶ Capitulum. xii. de veterum more in epulis ad tibiam canendi clarorum virorum laudes.

M Arcus Cato in suis originibus more3 fuisse ostendit apud veteres romanos: vt conuiuæ in epulis ad tibiam canerent clarorum hominum laudes: idq3 vt arbitor quo vehementius homines ad virtutis studium: atq3 ad bonarum artium exercitationem atq3 amorem impellerent. Hoc ipsum de Catonis sententia: & Cicero in præfatione primi libri Tusculanarum disputationum exponit ac recenset his verbis. Est in originibus: solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibiam de clarorum hominum virtutibus. Ac post in quarto eiusdem præclari operis libro: idipsum confirmat & ea Pytagoreis pro profectu3 esse declarat. Ita enim ait. Grauissimus auctor in originibus dixit Cato: morem apud maiores hunc epularum fuisse: vt deinceps qui accubarent: canerent: ad tibiam clarorum virorum laudes atq3 virtutes. ¶ Quod & Fabius Quintilianus non omisit libro primo institutionis oratoriæ hæc inquiens. Etiam veterum romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Nam a Græcorum consuetudine tractum est: sicut idem Quintilianus testatur: quibus mos fuit vt incō uiuis post cœnam Lyra circunferretur. ¶ Exemplum adducit Themistoclhis: qui si & Ciceroni in Tusculanis quæstionibus credendum est: cu3 in epulis recusaret Lyram est habitus indoctior ¶ Gelo quoq3 Syracusanorum Tyrānus: id quod prodente Plutarcho Cheroneo didicimus Lyram contempsit in cōuiuio ¶ Quin etiam Atheas Scyta rex generosus: ismeniam tibicinem præclarum atq3 optimum renuit audire quod ad maiora quædam genitum esse hominem arbitratur. Sed vt redeā ad conuiuiorum consuetudinem: apud clarissimos poetas id quod hisdem verbis Fabius Quintilianus refert: inter regalia conuiuia laudes Heroum ac deorum ad cytharam canebantur. Itaq3 Homerus apud Alcinoum Phæacum regem Demodocum Corcyreum cithara delectantem conuiuas facit Sed & Hyopas Cytharædus canere a poetis inducitur in Didonis cōuiuio. Vnde illud est Maronis Virgilii in præclara Aeneide

M. Cato

Marcus Cicero

Fabius Quint.

Themistocles

Gelo Syra

Athas Scythæ

Hyopas — Cithara crinitus Hyopas
Personat aurata docuit quæ maximus Athlas.
Hic canit errantem lunam: Solisq; labores:
Vnde hominum genus: & pecudes: vnde imber: & ignes
Arcturum: Pliadasq;: Hyadasq;: geminosq; Triones:
Quid tantum Occeano properent se tingere Soles
Hiberni: vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Quæ profecto omnia de cœlestium ac diuinarum rerũ cognitione tra duntur. Græci autem ad eiuscemodi laudes canẽdas: præsertim si ad homines referrentur: non tam virtutis celebritate: q̃ præmiorum expectatione ducebantur. Quam rem & diuus Hieronymus in epistola ad Paulum senem monachum hisce explicat verbis. Doctissimi quiq; Græcorũ de quibus pro Flacco agens luculente Tullius ait. Ingenita leuitas, et erudita leuitas: regum suorum vel principum laudes accepta mercede dicebant. Atq; hæc hactenus satis de vetere cõuiuiorum more atq; cõsuetudine: quæ quondam & apud Græcos & apud Romanos seruari solita est.

Hieronymus

¶Capitulum.xiii. Quod ad rerum studia, gloria homines incenduntur.

NIhil potest factũ aut melius esse: aut vtilius: q̃ bonas atq; ingenuas artes: ac præclara optimarum rerum studia, honoribus: præmiis: atq; emolumentis prosequi. Ita enim proferẽt sese hominum ingenia: & ostendent: ita ad laudatas exercitationes capessendas: studio gloriæ quasi incitamentis quibusdam atq; illecebris homines excitabuntur. Quandoquidẽ ad ea studia plærunq; sese accommodant: quæ in summo apud vulgus hominũ pretio et honore esse cognouerint. Illud enim platonicum verum est.

Atq; vere id colitur maxime: quod apud homines maximo in honore est: id contra negligitur: quod nullo habetur in pretio. Quam sententiam præclare in Tusculanis questionibus: his verbis prosecutus est Cicero. Honos alit artes: omnesq; accenduntur ad studia gloria: iacentq; ea semper: quæ apud quosq; improbantur. Hinc & apud Satyricum poetam: indignatus vmbritius: quod præclara studia honore fraudaretur, Quando artibus (inquit) honestis
Nullus in vrbe locus: nulla emolumenta laborum:
Res hodie minor est here q̃ fuit: atq; eadem cras
Deteret exiguis: aliquid proponimus illuc
Ire: fatigatas vbi Dædalus exuit alas.
Atq; malebat Vmbritius desertam ac solitariam habere ciuitatem: q̃ ibi esse: vbi ingenuæ artes atq; optima studia neglectui esse viderentur.

¶Capitulum.xiiii. De musica disciplina: deq; vetere eius apud Græcos gloria.

MVsicam disciplinam plurimũ apud Græcos floruisse: multa uobis argumento sunt. Etenim quod ait Cicero: summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorũ vocum cantibus. Atq; et Epaminundas ob eam causam præclare fidibus cecinit: & philosophorũ fons ipse Socrates iam senex (vt testatur Quin

Epaminundas.
Socrates

tilianus)instituí lyra non erubescebat. Ac deniq; maximi duces:& fidi bus & tibiis cecinisse traduntur. Bene igitur hanc disciplinam idem lau dat Quintilianus primo librorum:quos de oratoria institutione cõ scripsit:dicens. Antiquis temporibus musica non studii modo:verũ eti am venerationis habuit plurimum:vt iidem musici & vates & sapiẽtes iudicarentur: Et Franciscus Philelphus Tollẽtinus praeceptor meus elo quentissimus:de eadem quoq; canendi disciplina ita in Simposiis ait. Musica apud summos & sapientissimos viros in maximo semper hono re est habita. Itaq; apud Graecos:q bonarum omnium artium & pstan tissimarum disciplinarum non iniuria principatũ sibi iampridẽ testimo nio & consensu omnium gentium vendicarunt:tanto ea in pretio semp fuit:vt q eius esset ignarus:haberetur indoctior. Quod idẽ & M. Cice ro antea tradidisset:cuius in Tusculanis disputationibus de ea ipsa re haec verba sunt. In Graecia musici floruerunt. discebãtq; id oẽs:nec q id nesciebat:satis excultus doctrina putabatur. Ac secundum Timagenẽ qdem:si vera dicit Quintilianus:omniũ in litteris studiorũ antiquissi ma musica extitit:quã Plato ciuili viro necessariam duxit: Aristoteles & multum & saepe laudauit:probauit Lycurgus: & si durissimarum legum fuit auctor.

Frãc. Philelfus

¶Cap.xv. De Geometria & partibus eius.

Geometria & si iampridem neglecta est:& quadam homi num incuria obsoleuit:praeclara tamen & nõ inutilis di sciplina est:de qua tria hoc loco spectanda videntur. Pri mum quid ea sit:deinde quomodo partiatur. Postremo quãtam homi nibus afferat vtilitatem. Est enim Geometria (vt ait Isidorus) discipli na magnitudinis & formarũ. Quae (vt idem testis est) primũ ab Aegy ptiis reperta dicitur:quod inundante Nilo & omnibus possessionibus limo obductis:initium terrae diuidendae per lineas & mẽsuras coepit nu merari. Deinde longiora acumina sapientũ & maris & caeli & aeris spa tia metiuntur. Nam prouocati studiosi:coeperunt per terrae dimensionẽ caeli spatia quaerere. Haec Isidorus. Solet & in hũc modum Geometria de scribi. disciplina quae in se liniamẽta:interualla:magnitudines & figu ras continet:& in figuris dimẽsiones & numeros. Haec vt ait Cicero:in summo apud Graecos honore fuit. Itaq; nihil Mathematicis illustrius: Porro Geometria (vt Fabius Quintilianus ostendit) diuisa ẽ in nume ros atq; formas:quam sententiam & M. Tullius prodere visus est i Tu sculanis questionibus. Geometriam enim quasi genus quoddam com plexus est:cuius species sunt numeri & formae. Et numeri quidem Ari thmetricae sunt:formae vero Geometriae eius in quo quae species est:non q genus. Quocirca & subnectit idem Cicero infra dicens. At nos metiẽ di ratiocinandiq; vtilitate inspecta terminauimus modũ artis huius Nam metiri ad formas:ratiocinari ad numeros referendum est. Subie cit ergo Cicero mensionem formarum:& ratiocinationem numerorũ tanquam species:cum prius Geometriam tanquam genus praemisisset. Ex quo fit:vt Geometria sit quodpiam:specialem Geometriam continens. at q; Arithmetricam. Nec absurdum videri debet:si eadem nonnunquam ap pellatione & genus vocemus:& speciem. Nam & in secundo libro Phi sicorum Aristoteles visus est cum de fortuna & casu loqueretur: casum

Geometria.

distribuisse in fortunam & casum: & illud tenere longũ generis: hoc spe ciem referre cognoscitur: quod verbum plerunq; contigit inopia.

Vtilitas Geo. ¶ Sequitur Geometriæ disciplinæ & Mathematicarum doctrinarũ vti litas: quæ si latius patet: duplex tamen a veteribus constituta est. Nam et in Geometrica exercitatione velut in cote quadam hominum subi guntur ingenia: & multa sæpe ha c ipsa cognitione tum mala euitãtur: tum etiam asciscuntur bona. Et de prima quidem vtilitate Quintilia nus ait. Hac acuuntur ingenia: atq; inde celeritas percipiendi venit. Nec sine causa: vt idem addit: summi viri etiam impensam huic sciẽtiæ

Pericles Athe. operam dederunt. Tum & de altera Mathematicæ cognitionis vtilita te hæc subiicit. Pericles solis obscuratione territos. redditis eius rei causis metu liberauit: Ac paulo post. Sulpitius Gallus in exercitu. L. Pau li: de lunæ defectione disseruit: ne velut prodigio diuinitus facto mili tum animi terrerentur. Etenim si eidem Quintiliano fides habenda est: Nitias in Sicilia eodem confusus metu: pulcherrimum Atheniensi um exercitum perdidit. Hæc vero de Geometria & Mathematicis disci plinis diffusius fortasse: ꝙ hoc loco opus erat.

¶ Cap. xvi. de eloquentia & eius laudibus.



Victorinus. Mne perfectum bonum: quo natura humanas res: id quod Victorinus præclare disseruit: nullo adiun cto incommodo munerata duabus rebus maxime

Mellis natura. constat: re ac specie & imagine sui. Mellis exemplũ in promptu est: in quo res spectatur: hoc est dulcedo ipsa: species vero color ipse: atq; aspectus per quem

Vir fortis. facile dulcedo illa nobis indicatur. Additur & viri fortia exemplũ. qui rem hoc est virtutem habet im primis: deinde & speciem: id est corporis pulchritudinem. Etenim in di storta membra: & nec iuxta naturam sui conuenienter apposita: cade

Vestis. re virtus non potest. Vestis quoq; rem habet vtilitatem texturæ: habet speciem: gratiam videlicet circa aspectum faciei. Atq; illa deinde Vi ctorinus infert. Ergo ille nescio quis magnus vir ac sapiẽs: & hi qui po stea consecuti accepta vitæ præcepta tenuerunt: vt perfecti essent: habue runt rem id est sapientiam. Habuerunt speciem scilicet eloquentiam. Ob eam (vt ipse arbitror) causam: vt quam ipsi virtutem adepti essent: Eloquentiæ potestate ac viribus aliis quoq; hominibus persuaderent. Itaq; & Romani ipsi cum iam studia bonarum artium complecterentur cæteris omnibus disciplinis eloquentiam celerius arripuerunt: quod et testatur Cicero in Tusculanis disputationibus dicens. Oratorem cele

Orator. riter complexi sumus. Quid est enim orator: nisi id quod diffinit Cato vir bonus dicendi peritus. Et vir bonus quidem orator est propter rẽ: id est sapientiam. Dicendi peritus propter speciem: id est eloquentiam. Quod Quintilianus libro. xii. oratoriæ institutionis confirmat his verbis. Orator tam sit moribus ꝙ dicendi virtute perfectus. Quam rẽ nec Virgilius Maro ignorauit qui in illa seditione insanientis multi

Vergilius. tudinis & vulgi: vt ait Quintilianus: iam faces & saxa iaculantis: vi rum bonum ponit ante omnia: post adiungit dicendi peritum his versi bus in primo Aeneidos libro.

Ac veluti magno in populo cum sæpe coborta est


Seditio:sæuitq; animis ignobile vulgus:
Iamq; faces & saxa volant:furor arma ministrat:
Tum pietate grauem:ac meritis si forte virum quem
Conspexere:silent:arrectisq; auribus adstant:
Ille regit dictis animos:& pectora mulcet.
Quid est igitur vir pietate grauis:ac meritis:nisi vir bonus. Quid illud quod adiicitur.
Ille regit dictis animos:&pectora mulcet: Nisi eloquendi ac bene dicendi peritus.Oratoris namq; officiū suadere est:ideo dicitur:Ille regit dictis animos:eiusdem vero finis est persuadere:& in suam sententiā traduxisse auditorum mentes. Quare sapienter additur:Et pectora mulcet. Quod si talis orator est:qualem sapientes finierunt:qd potest illo esse maius:qd præstabilius. Quid potest oratore regendis ciuitatibus tuēdis vrbibus:aut cogitari:aut inueniri accōmodatius. Atqui Romani totius orbis imperium adepti sunt:qui oratorem celeriter complexi essent:Hinc dicitur oratoris sacrum nomen.Hinc dicendi copia tanto apud veteres honore celebrata est.Hinc tam multæ tāq; eximiæ eloquentiæ laudes.Laudat eloquentiam Gorgias Leontinus:& maximu; esse censet hominibus bonum:causa vero non solum liberalitatis propriæ:vt Plato ipse in Gorgia refert:sed etiā dominandi aliis in sua cuiq; ciuitate.Idq; esse aiebat facultatem persuadendi habere:&in iudicio iudicantibus:per forense causæ genus:& in consilio consulentibus:ꝓpter consultationes ac deliberationes rerum:& in concione concionātibus:propter certæ personæ laudem aut vituperationem.Sed & in alia quauis congregatione ciuili.Laudat eloquentiam Aristoteles: qui ad ad Alexandrum regem scribens. Quemadmodum : inquit:imperator sui est seruator exercitus:ita & eloquentia:quæ sapientiæ coniuncta sit humanæ est vitæ gubernatrix.Laudat eloquentiam Cicero:apud quem in libris de natura deorum hæc dicit.Iam vero domina reru;:vt vos soletis dicere:eloquendi vis:quæ est præclara:ꝙq; diuina:quæ primu; efficit:vt ea quæ ignoramus discere:& ea quæ scimus:alios docere possimus.Deinde hac cohortamur:hac persuademus:hac consolamur afflictos:hac deducimus perterritos a timore:hac gestientes cōprimimus: hac cupiditates iracundiasq; restringimus.Hæc nos iuris:legum.vrbium societate deuinxit:hæc a vita immani & fera segregauit.Laudat eloquentiam Fabius Quintilianus:cum in plærisq; locis aliis: tum in primo institutionis oratoriæ libro:qui pro Ciceronis collectione sapientiam:atq; eloquentiam quemadmodum iuncta natura: sic quoq; officio copulatā esse demonstrat:vt iidem sapientes atq; eloquentes haberentur. Ac paulopost dolens subiecit.Scidit deinde se studiu; atq; inertia factū est vt artes esse plures viderentur. Et in secundo eiusdē egregii voluminis libro apud populum Romanum summam semper oratoribus dignitatem fuisse ostendit:&eloquentiæ tum splēdorem:ac decus tum fructus āplissimos his verbis ꝓsecutus ē. Equidē nec vrbiū cōditores reor aliter affectos fuisse:vt vaga illa multitudo coiret in populos nisi docta voce commota .nec legum reptores sine sūma vi orādi consecutos vt seipsi homines ad seruitutem astringerent. Quin ipsa vitæ præcepta : et si natura sunt honesta : plus tamen ad formandas mentes ipsa valent . quotiens pulchritudinem eorum claritas ora⸗

Gorgias Leon

Martianus

tionis illuminat. Et hæc: quidē Quintilianus. Martianus vero fœlix mi ris ipsis quoq; effert eloquentiā laudibus: quā & reginā quādam rega li maiestate, atq; armis instructam describit: & propter incredibilem vim eius testatur instar Iouis posse etiam fulmina iaculari. ¶ Scite igi tur de eadem dicendi facultate. M. Tullius in primo libro Tusculanarū quæstionū hæc inquit. Mihi vero ne hæc quidē notiora & illustriora vi diuina carere videntur: vt ego aut poetaȝ graue plerūq; carmen sine cæ lesti aliquo mentis instinctu putem fundere aut eloquentiā sine maiore quadam influere abundante verbis sonantibus vberibusq; sentētiis Quibus ex verbis perfecta ostenditur eloquentia: quæ constat verbis sonantibus vberioribusq; sententiis. Sed aliæ quoq; innumeræ laudes eloquentiæ afferri possint: quas prosequi qui velit longior sit necesse est

¶ Capitulum. xvii. de peritia dicendi: quodq; ex natura: studio: doctrina: & vsu constat.



Qui de dicēdi peritia accuratius locuti sunt: tribus eam rebus constare voluerunt: natura: doctrina: vsu. Et natura quidem ingenio spectatur: doctrina sciētia: vsus vero assiduitate qua dam Quætria nō modo oratori: sed cuius etiā artifici ad ef ficiendum aliquid necessaria sunt: vt erudite ac sapienter testatur Isido rus Atq; hæc quidem illa sunt quæ. M. Tullius in pclara oratione: quaȝ pro Licinio Archia poeta apud iudices habuit: significauit his verbis. Siquid est in me ingenii iudices: quod sentio ꝙ sit exiguum: aut siqua exercitatio dicendi: in qua me non inficior mediocriter esse versatum: aut si huiusce rei ratio aliqua ob optimarū artium studiis ac disciplina profecta: a qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse: rerum omnium: vel imprimis hic A, Licinius fructum a me repetere proprio suo iure debe: ¶ Putant tria esse in quibus perfecta consistat eloquentia: trifariam quoq; hæc Ciceronis verba partiuntur. Siquid in genti ad naturārreferentes: siqua exercitatio dicendi ad vsum: si huiusce rei ratio aliqua: ad doctrinam. Sed ego qum cōsidero diligentius: repe rio nō tria solum in dicendi peritia: sed quattuor etiam spectari opor tere ingenium quod naturæ est studium: quod industriæ eruditionem: quod doctrinæ & artis vsum & exercitationem: quod perfectæ laudis est Atq; ob eam causam aliū aptum oratorem: alium studiosum: alium do ctum atq; eruditum: alium magnū oratorem appellamus. Siquidē ap tum dicimus ingenio & natura præstantē: studiosum res suas industria elaborantem: eruditum præceptis quibusdam & arte perficientem ma gnuȝ: cui omnia vberrime suppetunt. Hinc sunt illa verba. M. Ciceronis in primo libro tusculanarum q̄stionum oratorē celeriter complexi su mus: nec eum primo eruditm. aptum tamen ad dicendum: postautem eruditum. Nam Galbam Aphricanum: Lælium doctos fuisse traditum est. Studiosū autē eū qui hos ætate anteibat Catonē: post vero Lepidū Catonē: Grachos inde ita magnos nostrā ad ætatē: vt non multū aut omnino nihil græcis cederetur. Hic primū aptus orator expressus est: de inde studiosus: si quis solertius aiaduerterit cū studiosus Cato declara tur: sed nequa ꝙ eruditus. Post etiā eruditus cū Galba Aphricanus Leli us cōmemcratur Demū clarus & magnus exēplo lepidi alterius catōis

Quattuor in dicēdi peritia

& Grachorum. Studiosum Catonem maiorem appellat cicero. neq3 id iniuria. Aliud est.n. studiosum esse: quod paulo āte diximus: alid eruditū Cornelius Nepos: qui Catonis huius vitam scripsit: preter alia multa hæc tradidit de Catone. In omnibus rebus singulari fuit industria. Nā & agricola solers & reipublice peritus Iurisconsultus & magnus imperator & probabilis Orator & cupidissimus litterarū fuit. Quare studiū & si senior apparuerat: tamen tantum pgressū fecit: vt nō facile reperiri possit. neq3 de Grecis: neq3 de Italicis rebus: quod ei fuerit incognitum Ab adolescentia cōfecit orationes: senex historias scribere instituit. ac paulo post infert. In quibus multa industria & diligentia cōparet: nulla doctrina. Quid est igitur multa industria & diligentia: nisi studiosum fuisse Catonem: Quid contra nulla doctrina nisi eruditum non fuisse: Nec studium cum arte necessario iungitur: quod multi falso tradiderūt cum sit: studium sine ratione & disciplina reperiri: quod modo ex locuplete teste didicimus. Bene igitur. m. Tullius his verbis: quæ ex oratione pro Archia Poeta deprompta retulimus: cū ingenium & exrcitationē com memorasset: rationem quoq3 adhibuit ab optimarum artium studiis & disciplina profectam: studia dicens & disciplinam: quæ duo sunt & re etiam non solum cogitatione distincta. Nec tribus rebus: sed quatuor potius eloquentiæ atque artium reliquarum plenitudo conficitur: natura: studio: doctrina: vsu.


¶ Cap. xviii. de multiplici disciplinarum genere.



Isciplinæ: quas ingenuas ac liberales appellant: nō omnes eodem in pretio apud Romanos fuerunt. Quasdam enim contemnere visi sunt: nec satis dignas existimare: in quibus elaborēt. Quasdem diu non cognouerunt. cognitas aūt vix tandē sero receperunt: Nonnullas quodāmodo & tantum in eis studium posuerunt: quantum vel metiendi vel ratiocinādi muneri satis esset alias celeriter arripuerunt quibus totos sese ac penitus traderent. Quedē pdiu iacuerunt: quas primus omnium. M. Tullius & excitauit in aliis & ipse illustrauit litteris Suppeditant aūt huius nobis partitionis exempla primū musicorū studia: deinde Poetica modulatio: tum geometrica atq3 arithmetrica disciplina: quarto loco Eloquentia ac dicendi facultas Postremo philosophia ipsa de qua Cicero in præfatione primi libri Tusculanarū questionum. Philosophia iacuit vsq3 ad hanc ætatem: nec vllum habuit lumē litterarum latinarum: quæ illustranda & excitāda nobis est. Vt si occupati profuimus aliquid ciuibus nostris: prosimus etiā: si possumus ociosi: Quam eandem pene sententiam & in primo libro de natura deorum hisce verbis complexus est Cum ocio langueremus & is esset reipublicæ status: vt eam vnius consilio atq3 cura gubernari necesse eēt: primum ipsius reipublicæ causa Philosophiam nostris hominibus explicandam putaui: magni existimans interesse ad decus & ad laudem ciuitatis. res tam graues tamq3 preclaras Latinis etiam litteris contineri eoq3 minus instituti mei penitet: quod facile sentio ꝙ multos non modo discendi: sed etiam scribendi studio commoueri. Suscepit igitur Cicero illustrādæ Philosophiæ munus: vt ciuibus suis prodesset: atq3 vt ad res

diis collocādum est. cuiusmodi in Pomponio Basso laudat Plinius: ita ad eum scribens. Magnam sibi voluptatem: cū ex cōibus amicis cogno ui te: vt tua sapientia dignum est & disponere ocium. & ferre. Quod q̄ dem efficere perdifficile censuit Chilo Lacedæmonius. Eiusmodi ociū quærunt sibi viri sapientes: quod inuestigandæ veritati aptissimum sit. Itaq; vicissim magno ingenio vtri: nunc negocio: nunc ocio indulgēt: ac modo occupatam: modo ociosam traducunt vitam. Chilo Lace.

¶Cap. xx. quæ sit perfecta philosophia: quodq; ad perfectū philo sophum decet & sapienter & eloquenter dicere.



Erfecta philosophia duabus rebus cōstare debet: gra uitate sententiarum: copia atq; ornatu verboꝝ. Nā et si philosophia de rebus agit: eloquētia de vocibus tamen & philosopho sua eloquentia negligenda nō est: vt commodius ac facilius & disserere veritatē: & grauissimarum reru꞉ cognitionē explicare possit. Ita q; Aurelius Augustinus in quarto libro de doctrina christiana: eum maxime probare visus est: qui non solum sapienter: ve rum etiam eloquēter possit dicere. Ac bene idcirco. M. Tullius in Tuscu lanis disputationibus. Hanc inquit: perfectam philosophia꞉ semper iu dicaui. quæ de maximis quæstionibus copiose posset ornate dicere. Et magna quærere atq; inuestigare: sapientiæ est: copiose & ornate dicere eloquentiæ. Quod si quis recte sentiat: atq; id quod sentit: polite lo qui non possit: is certe parum prodest: nec vel scribens quippiam: vel p̄ cipiens poterit multos erudire. Sed illud animaduertendum sit: non idem oratori & philosopho conuenire dicendi genus: cum illum vehe mentius: hunc mollius dicere oporteat. Atq; hinc Cicero in libro de officiis: cum in hanc mentionem incidisset: orationes ad philosophi am comparans ait. Vis enim maior in illis dicendi: sed hoc quoq; co lendum est æquabile: ac temperatum orationis genus. Ac mox subiecit Et id quidem nemini Græcorum vidi adhuc contigisse: vt idem vtroq; in genere laboraret: sequereturq; & illud forense dicendi: & hoc quietū disputandi genus. Quo loco duo maxime spectanda sunt Primum du plex esse orationis genus: Forense: quod oratoris proprium est: quietū quod philosophi: deinde dictionem potissimum ad oratorem: disputa tionem ad philosophum pertinere. Vnde & disputatorem sæpenumero philosophum appellamus. Sed in primo libro de oratore duplex dicen di genus expressit. Vnum populare & forense: alteru꞉ quod philosopho rum esse ostendit: de quo perpulchre in hunc modum inquit. Aliud mihi quoddam orationis genus esse videtur eorum hominū: de quibus pau lo ante dixisti: significabat autem philosophos: quamuis illi ornate: & grauiter aut de natura rerum: aut de humanis rebus loquantur. Niti dum quoddam genus est verborum & lætum: sed palestræ magis & olei q̄ huius ciuilis turbæ: ac fori. Quibus verbis cum dicit ornate & gra uiter philosophos loqui: etiam ostendit quod propositum est: perfecta꞉ philosophiam & ornatu & grauitate constare. Nota.

¶Cap. xx. Quod non solum oratori: sed etiam philosopho conue nit: vt apte: distincte: ornate dicat.

Philosophi & oratoris efficiū

s Olent oratores tria adhibere: si quid agendū sit: vt apte di stincte: ornate dicant. Et apte quidem propter praeclarā inuentionem. distincte propter dispositionis ordinē. ornate propter splendidā verborum & sententiarū elocutionem. Quam sententiam & in primo de officiis libro prosecutus est Cicero. Sed non solum Oratori: verumetiam philosopho tria haec in suis rebus explicādis consideranda sunt. Nam et excogitare prudenter: & disponere erudite & demum cogitationes suas splendide illustrare etiam philosophi debent. Quamobrē & qui fecissent secus: redarguit Cicero in Tusculanis quaestionibus dicens. Sed mandare quemquam litteris cogitationes suas: qui eas nec disponere: nec illustrare possit: nec delectatione aliqua allicere lectorem: hominis est abutentis intemperanter & ocio & litteris. Cogitationes hoc loco ad inuentionē referuntur: disponere ad distinctionis ordinem: illustrare ad exornationē: quae si recte sese habuerint facile vel lectorem: vel auditorē alliciunt: Quae qui contēpserint: incident in reprehensionem illā Ciceronis: ac libros suos legent ipsi cū suis Eiusmodi homines. M. Tullius etiam in secundo libro Tusculanarum quaestionum hisce verbis insectatur. Sed eos si possumus excitemus: qui liberaliter eruditi: adhibita etiam differendi elegātia ratione & via philosophantur. Est enim quoddam genus eorum: qui se philosophos appellari volunt: quorum dicuntur esse latini sane multi libri: quos ne contēno equidem: quippe quos nunquam legerim: sed quia profitentur ipsi illi: qui eos scribunt: se neque distincte: neque distribute: neque eleganter: neque ornate scribere lectionem sine vlla delectatione negligo. Est enim a plerisque despiciuntur: que sine differendi elegantia fuerint pertractata.

Lectio sine delectatione negligenda

Capitulum. xxii, De acroatica & exoterica Aristotelis disciplina

a Ristoteles vir praestans ingenio: magna scientia & doctrina philosophus: vsque adeo disciplinarū omnium praestitit gloria: vt nō solum philosophus: sed etiā insignis rhetor habendus sit. Dicendi pcepta & scripsit: & docuit: siue vt nullius laudis foret expers: & philosophiae partes omnes cōplecteretur: siue cōmotus Isocratis gloria: vt se etiam eloquentia florere ac tenere dicendi artem ostenderet: Quam rem Cicero significauit in primo libro Tusculanarum disputationum: cū se Aristotelis sectaturum vestigia demonstrat dicēs Sed vt Aristoteles vir summo ingenio: scientiae copia cū cōmotus fuisset Isocratis rhetoris gloria: docere etiam coepit adolescentes: & prudētiam cum eloquentia iungere: sic nobis placet: nec pristinum dicendi studium deponere: & in hac maiore & vberiore arte versari. Ars vero maxima omnium atque vberrima Philosophia est: e cuius inexhaustis fontibus reliquae omnes & manant disciplinae: & artes defluūt. Sed quid mirum Aristotelem rhetoricam artē docuisse adolescentes: qui & grāmaticam quoque & puerilem eruditionem Alexandrū instituit. Hinc Fabius Quintilianus primo libro oratoriae institutionis. Philippus Macedonum rex Alexandro filio suo prima litterarum elementa tradi ab aristotele summo eius aetatis philosopho voluit. & ille suscepit hoc officium. Cum vero & philosophiā Aristoteles: & dicendi praecepta traderet illam docebat in Lycio matutino tempore. haec eodem in loco vesperi Et priorem quidē disciplinā ακροατικην appellabat: alterā εξωτερικην

Aristo. prudentiam cum eloquentia iunxit

Alexāder Macedo Ari. discipulus

Lycium scola aristotelis

Testis nobis sit. A. Gelius libro vigesimo de Noctibus acticis: qui commentationũ artiumq3 species duas distinguit: quas docebat Aristoteles philosophus. & regis alexandri magister. Alia enim ἐξωτερικα appellabantur: quæ ad rhetoricas meditationes: facultatem argutiarum: ciuiliumq3 rerũ noticiam conducebãt. Alia ακροατικα: in quibus philosophia remotior: subtiliorq3 agitabatur: & quæ ad nature cõtemplationem disceptationes ve: dialecticas pertinebant. Atq3 idem fortasse & Cicero intelligi voluit: qui libro quinto de finibus bonorũ & malorum: Peripateticorũ & Aristotelis edifferens sententiã. Duo genera inquit librorum sunt. Vnum populariter scriptũ: quod exotericon appellabant. alterum limatius: quod in cõmentariis reliquerunt. Hinc etiam Aristoteles ipse in Ethicis & moralibus libris nõnulla in externis sermonibus: vel in exterioribus sermonibus secundũ aliam translatione3 sufficienter fuisse tractata. Ac de Aristotelis quidem docendi consuetudine satis.

¶Capitulu3. xxiii. quod docendi munus propriũ imprimis Græcorum fuit: & de diuersa disserendi consuetudine.

Græci: vt erant quondam disciplinarũ omnium fere principes: ita & docendi munus quasi quodam suo iure vendicabant. Quod Lelius apud M. Tulliũ in dialogis de amicitia etia3 ostendit. qui cum disputationẽ de amicitia recusaret: doctorũ inquit est ista cõsuetudo: eaq3 Græcorũ: vt his ponatur de quo disputẽt. Sed ea disputandi docendi consuetudo ad romanos etiam translata est: presertim Cicerone auctore: qui de seipso in Tusculanis quæstionibus in hunc modũ ait. Bñ quã exercitationẽ cerat enim sibi de philosophia mentio) ita nos studiose operã dedimus: vt iam etia3 scholas Græcorũ more habere auderemus. Quẽadmodũ vero græci aut ambulantes aut sedẽtes de magnis qstionibus disserebant: pro phõrum disciplinarũq3 varietate idẽ & Cicero Græcos imitatus facere solitus est: quod ipse etiã ostendit: qui in Tusculanis disputationibus hæc dicit. Ponere iubebã: de quo quis audire vellet: at id aut sedens aut ambulans disputabam. Atqui ambulantes disputare potissimũ Peripatetici cõsueuerũt qui ob eã ipsam causam id nominis sortiti sunt: Ferunt nãq3 Aristotelem in Lycio: & in eo qui in Lycio ortus esset: qd & Græci περιπατος. vocarent philosophari cũ discipulis solitũ: & απο του περιπατου dedisse sectatoribus suis nomẽ. Alii tamẽ peripateticum Aristotelẽ id circo cognominatũ volunt: qd in ambulatione Alexandro pp̃ter aduersam valitudinẽ: Aristoteles quoq3 ipse doctor vna secũ ambulare cogeretur. Id est enim περιπατειν apud græcos. Socrates autẽ sæpe cum discipulis suis multa disserens: sub Platano atq3 in molli herba cõsidebat. Hinc sunt illa in Phædro Platonis. Perge igitur: & simul conspice: vbi sedeamus. Ita Socrates phædrũ alloquebatur. Simul ille Vides inquit illã altissima3 Platanũ: ibi & vmbra & ventus modicus & herba vbi cũq3 recumbere velimus. Quod ipsum & Q. Mutius Sceuola imitari. L. Crassum voluit apud M. Tullium in libro de oratore: vt qui aderant & abiicerent se in herbã: & sub Platano cõsiderent. Carneades quoq3 Academicus sedens disbutasse deprehenditur in Exedra illa quã in quinto libro de finibus bonorũ & malorũ his verbis Cicero cõmemorat. Et si

Lelius

Ambulantes Peripatetici

Platonici sedẽtes.

Tusculanarum quaestionum ostendit sese ea visum differendi rõne: qua facillime pro Socratis sententia: quid verissimũ foret: inueniri posset. Quo loco significat nõ modo quod verum: sed etiam quod esset verissimum disputando posse reperiri. At paulopost probabilia sese ac verisimilia sequi autumat: nec habere: vt vltra progrediatur omnino ꝙ vt verisimilia dicat. Quomodo em̃ quod sit verissimum poterit inueniri nobis: quibus solum quod verisimile est: videre conceditur. Accusant pleriq3 latini eloquii parentẽ quasi temere atq3 incõsiderate locutum: dũ parum diligenter aduertunt eruditorũ veterum vsurpationem. Sed hi profecto admirari desinent: cuj accuratius superlatiui nominis vim ac significãtiam librare voluerint. Aliter enim superlatiuũ nomen intelligi debet cũ ad plures sui generis cõparatum omnibus supponitur: vt cum dicit quis fortissimum Graecorũ Achillem: quod est Graecos fortitudine praestantem. Quale est illud in Laelio Ciceronis de Scaeuola põtifice: quẽ vnum nostrae ciuitatis & ingenio & Iusticia praestantissimũ audeo dicere. i. ciues suos omnes natura & virtute antecellentẽ. Aliter superlatiuum intelligitur: cũ positiuum significat: & aduerbium valde: vt si quis dicat. Fortissimum Herculẽ: nec aduciat quorum nichil est aliud Hercules fuit fortissimus: ꝙ valde fortis: si nulla fuerit adiecta cõparatio: Hinc est illud Ciceronis ĩ tertio de officiis. Tibi persuade esse te mihi quidem charissimũ: sed multo fore chariorem: si talibus monumentis praeceptisq3 laetabere. Quomodo eñ si charissimus erat: multo charior futurus erat: nisi charissimus charum eo loco significaret: aut paulo amplius. Et Priscianus Cesariensis illud Ciceronis in oratione ꝓ. M. Marcello Simillimũ deo: iudico valde similem deo: exponit nõ indocte Aliter superlatiuum significare videtur: cũ dicat quispiam. Beatissimus est si quis perturbationibus vacuus vitam traducat: cũ tamen cõstet neminem vinctũ compedibus corporis beatum esse. Sed sensus eiusmodi est. Nemo in terris beatus esse potest: sed id beatitudinis quod habere in terris quispiaj põt: is habere putandus est qui pturbationibus caret Quod est: quatenus potest quispiam ꝓgredi ad beatitudinẽ adipiscendam: eatenus proficiscitur ad beatã vitam cõparandam: qui perturbationibus vacat: & si beatam vitã nemo vnꝙ mortalium in terris affecutus est. Itaq3 nõ tam beata vita intelligenda est: ꝙ magna quaedã beatae vitae similitudo. Illud perinde est Ciceronis in primo Tusculanarũ qͣstionum. Nam ita facillime quid verissimũ esset. inueniri posse Socrates arbitrabatur. Hoc tale est: ac si dicat. Illud amplius veritatis quod potest mortalis quisquã adipisci: ea facilime differendi ratione cõparatur: nec id tamẽ erit veritas: sed potius similitudo quaedã veritatis: Ea inꝙ disputandi via quid si verissimũ: inueniri poterit: nec tamen verum poterit inueniri quod videre vt illi putant: solius dei est. Patet igitur ratione illa Socratica verissimũ inueniri: quod videre datum est: quod nobis ipsũ tamen nequaꝙ verum est: id quod diuinae dũtaxat maiestati tribuitur: vt superlatiuum minus sit ꝙ absolutum ipsum: quandoquidem illud simillimum veri hoc loco: id posterius sinceritatem quandam significet veritatis.

Suplatiui nõis significantia.

Priscianus Cae.

¶ Augustini Dathi Stromatum Liber primus explicit.

¶ Augustini Dathi Stromatum ad Nicolaum Franciscum filium: Liber tertius incipit fœliciter. Secundus non inuenitur.


¶ Capitulum primum de præceptis & institutis: deq3 eorum apud M. Tullium diligenti obseruatione.



VEMADMODVM virtus sapientiaq3 & discenda & colenda est: ita ad eandem capessendam: præcepta atq3 instituta necessaria esse existimantur: vt præceptis eruditi: recte perdiscamus: instituta autem admoniti: absolutam virtutem: atq3 perfectā sapientiam adipiscamur: Horumvtrumq3 vera philosophia efficit Atq3 ob eam causam & præceptis et institutis veram constare philosophiam censuit. M. Tullius: qui Ciceronem filium audientē Cratippum virum per id tempus in Peripatetica disciplina florētem: oportere iudicauit: abundare philosophiæ tum præceptis: tum etiam institutis: Præsertim vero cum in recta vel intelligendi vel viuēdi ratione cōparanda proficiamus voce plurimum & exemplo: Et ad vocem quidem pertinet audire Cratippum: ad exemplum vero Athenarum commemoratio: Eodem spectat doctoris auctoritas: atq3 vrbis summa præstantia: quorum alter præcipiendo auget hominem scientia: altera instituēdo ad exempla honeste viuendi perducit: Vt ita demum discant: qui rudes rerum sunt: iudicandi vero exerceant potestatem: qui integram absolutamq3 sapientiam fuerint assecuti.

M. Tullius
Cratippus

¶ Capitulum. II. de Athenarum claritudine.



Thenas præclaram fuisse ciuitatem: & præcipua litterarum: ac studiorum præstitisse gloria: multa veterum monumenta declarant. Nec mirum: cum ab ea nomē traxerit. & sua quædam fuerint auspicata primordia: quam deam sapientiæ: repetricem artium: doctrinarum principem putauit antiquitas: quæ vt poetæ fabulantur: & ipse quoq3 tradit Porphirius: Iouis vertice progenita: humanis mentibus prudentiam subministrat. Ea vero Minerua est αθηνα Græce vocitata: Vt autem vrbs ipsa a Mineruæ nomine appellaretur: eam. M. Varro ex veteribus: de nostris Aurelius Augustinus afferunt rationem: Nam Cecrope regnante: prodigio factum est vt in ea ipsa vrbe illic repente prodiret oliuæ arbor: alio aqua loco erūperet. Permotus rex: Delphicum consuluit oraculū: a quo edoctus oleam quidem Mineruam: vndam autem Neptunnū significare: rem in cōsultationem adduxit. Vt quod Apollo consultus facere abnuisset: ciuium & populi suffragiis ac potestate decerneretur. Et cum vtriusq3 sexus homines pro more de publicis tum negociis conuenissent: ac mares pro Neptunno: pro Minerua fœminæ sententiam tulissent: vicit fœminarū

Minerua Athena
Cecrops

numerus:cũ vna esset inuenta. Atq3 ita Minerua obtinuit:vt ab eius nomine Athenæ vocarentur.: Quæ quidẽ vrbs ita semper apud Græcos studiorum & sapientiæ claruit gloria:queamodu3 Lacedæmon bellicis artibus & militaris disciplinæ laude. Proinde veteres pleriq3 cunq3 his M.Tullius inuentrices omnium doctrinarum Athenas perhibuerũt. Et Aurelio Augustino teste:hac ciuitate nihil habuit Græcia: clarius atq3 nobilius. Quippe quæ vna foret mater atq3 nutrix liberaliũ doctrinarum:& tot tantorũq3 philosophorum ꝓcreatrix:multo verius propter summã sapientiæ laude3 ꝙ aucta Corinthus propter delicatiores opes totius græciæ lumẽ ac decus:quã ne ipse quidẽ ignorauit facetissimus Martialis:qum Coruiliano dicit.

Athenæ doctrinarũ inuẽtrices

Sed tibi plus mentis tibi cor limante Minerua
Acrius:& tenues finxerunt pectus Athenæ.

Quas qui summã scientiæ copia3 cuperent adipisci magnis ingeniis viri longis peregrinationibus petere cõsueuerunt:& ad eam potissimũ vrbem quasi ad mercaturam bonaru3 artium ꝓficisci. Quare & M.Tullius:qui Græcorum omnium ingenia superaret:& in omni doctrinæ genere vix cuiquã Græcorum cederet, M. filium eo ipso in loco sub Cratyppo Peripatetico præceptis philosophiæ atq3 istitutis voluit erudiri.

¶Capitulu3.III. De duabus florentioribus disciplinis philosophia atq3 eloquentia.

Væ non dicam apud Græcos apud quos fuit nihil Mathematicos illustrius:sed apud romanos rerum dños celebres imprimis disciplinæ ac cæteris præstabiliores fuere eloquẽtia:& quæ vitæ rationem philosophia cõtinet. Ac philosophia quidem res contemplatur. Eloquẽtia vero verba atq3 voces potius. Nã bene in oratore Cicero de philosophia inqt:in qua res spectatur:nõ verba penduntur. ¶Quocirca oratores bene dicendi:philosophi bene viuendi magistri sunt appellati. Ac tamẽ si hæ duæ disciplinæ eo pacto sint & ratione disiunctæ:perpulchre tamen & splendide iunguntur in vnum. Ita q3 & M.Tullius in vtriusq3 orationis facultate:& tum in philosophia: tum in dicendi exercitatione parem filium Ciceronẽ fore cupiebat: vt et diceret:quod oratoris est proprium:& iudicare quod magis ad philosophum pertinet. facillime posset. Et quoniam variæ philosophorum existunt sententiæ:permittebat filii arbitrio:vt de rebus ipsis suo vteretur iudicio:orationẽ vero latinã legendis patris efficeret pleniorem.

Romani rerũ domini

Oratores bene dicendi
Philo. bñ viuendi magistri

¶Capitulum.IIII. latina cum græcis esse iungenda.

S Tudiorum doctrinam & eloquentiæ laudẽ profectam a grecorum fontibus vna pene omnes voce consentiunt. Sed ne ipse quidem inficiatur Cicero:qui in libris de finibus bonorum & malorum ingenuas disciplinas a Græcis manasse ostendit. Quanꝙ fortasse nostri acceptas ab eis fecerunt meliores. Hinc docti viri atq3 eloquentes plerũq3 cum Græcis latina coniungunt:nec in philosophia solu3:sed in ipsa quoq3 dicendi exercitatione faciunt: ex qua quidem coniunctione ac peruenusta (vt ita dixerim) societate: & perfectior certe doctrina:& eloquentia cõparatur vberior:fitq3 vt puri fontis purior quoq3 in riuis vnda seruetur. Proinde M. Tullius Græce latineq3 Ciceronem filium dicendi rationẽ instituit:quod in particionibus ora

toriis haud obscure declaratur. Recte igitur Fabius Quintilianus puerum: qui magnus sit futurus orator: a sermone Græco mauult incipere simulq; & discipulus quoq; græcis prius instituendu; præcepit: vnde & nostræ fluxerunt. Nā qui græcas simul & latinas litteras fuerint assecuti: facile cæteris antecellunt.

Fab. Quinti.

¶Cap. V. Quod optima sit ad discendū ordinis cōseruatio



Vnctis in rebus optimus est: & maxime ordo laudandus. Sed is imprimis in cognitione rerū adipiscenda mirum in modum cōducit. Recte ob eam causa; Pythagoras Samius fecisse probatur: qui in discipulis erudiēdis: & tradenda bonarum artiū doctrina diligentem quandam ac accuratissimam temporis atq; ordinis rationem seruauit. Testis est Gelius librorum de Noctibus acticis primo: pythagoreū docendi morē diligentissime persecutus. Aristoteles philosophus ingenio & scientiæ copia præstans: haud longe ab ea consuetudine discessit: crebro admonens a notioribus inchoandum: per quæ ad occultiora inuestiganda multo facilior aditus patet. Sed & secundo Methaphysicorū libro: quod vtiq; elegans imprimis atq; absolutissimum opus est: absurdū existimauit scientiam simul & sciendi rationem ac viam inuestigare. Scite igitur Aristoteles: & qui mox illum Peripathetici secta sunt priusq; altioris Philosophiæ arcana proferrent: differendi rationem pulcherrimam tradiderunt. Ea Græce λογικη appellatur. Latine rationalis potest interpretari. Eamq; distribuunt Peripatetici in partis duas: vnam inueniendi: alteram iudicandi. Et ea quidem: quæ ad iudicandum spectat a græcis αναλυτικη a nobis teste Boetio: potest resolutaria nuncupari: Quæ autem vim inueniendi complexa est: τοπικη a græcis: a nostris localis appellata est. Hæc igitur disciplina quasi quædam est differendi magistra: diffinita autem a M. Cicerone in topicis ad Trebatiū: diligens differendi ratio: & tum in inuentione: tū in iudicatione consistit. Quan q Stoici in altera tantum elaborandu; duxerint inueniendi parte penitus derelicta. Sed Peripateticorum probabilior sententia est: qui vtranuis ascicendam putarunt: vt nō modo rudes quorum discere est: seddocti quoq; quibus iudicandi facultas tribuitur: optimum habeant adiumentū: & adiscendum & ad iudicandum.

Pytagoras Sa:

Aulus Gellius

Logica

¶Capitulum. VI. perfectum donum constare te atq; specie.

Perfectum donum. id quod F. Victorinus non inscite tradidit: duobus ad plenu; constare videtur. Re atq; specie. Mellis proponit exemplum: cuius res quide; in dulcedine: species vero in colore cernitur. Ac vir fortis rem habet virtute; ipsam: speciem pulchritudinem. & apta; totius corporis compositione;: Ita quoq; vir magnus ac plene sapiens & vera laude cumulatus rem habeat: necesse est: sapientiam videlicet quæ in recta viuendi ratione versatur: speciem autē eloquentiā per quam aptis & ornatis verbis cæteros quoq; ad bene viuendū impellat. Earum igitur duarū rerum perfectio maior in sapientia est: sed eloquentia quoq; splendescit plurimum Quarum vtranq; assecutus M. Cicero magnum hominibus nostris attulit ādiumentum: nec solum ad dicendi copiā: sed etiam ad iudicandi facultatē

F. victorinus

¶Cap. VII. discendi assiduitas laudatur

NVlla satis est ad perdiscendum ætas. Nunq̄ igitur a discendi studio feriendum videtur: sed iugi meditatione potius percipiendæ doctrinæ acriter incūbendū. Gloriari solitus est sapient vnus e septem Solon. qui se quotidie discentē aliquid dicit senem fieri. Et iulianus (nisi me fallit memoria) iuriscōsultus nō ignobilis discere se velle profitetur: etiam si alterū habeat in sepulchro pedē. Non deterret Silicerniū: nō arcet ingrauescentis ætatis onus: nō racessit capularis senex ab hac pclara exercitatione discendi. Quod si discere tam diu debemus: quoad nos q̄tum pfecerimus: nō pœniteat. Pœnitebit quidem semper: & parū videbitur: quod didicimus: si & per exiguā & q̄ paucissima sunt: quæ etiam vir quisq̄ sapientissimus cōparauit: præ iis: quæ semper & noua cōparanda & discēda supersunt. Altū est huius magni maris: atq̄ immensum pelagus: & qui omne mensus fuerit: est in tot sæculis inuentus nemo. Sed tamē infatigato cursu nauigandū est: donec vitæ calcem quasi quendā portum quietis attigerimus. Siquidem vbiq̄ offerunt sese nobis cunctis opibus preciosiores merces: & q̄ lucidas Margaritas: rutilantes gēmas: vniones quosq̄ fulgentissimos antecellunt. Quibus vere ditari possimus: & affatim opulenti esse magno animo. indefessus viribus laborandū est. Et iis certe opus est: quæ præclare a Fabio Quintiliano collecta sunt: non oratori solum necessaria: sed & viro cuiq̄ futuro sapientissimo studio ppetuo: pstantissimis præceptoribus: pluribus disciplinis: nec solum is pcipere putandus est: qui exterius sonat: & voce perstrepit: sed multo etiam magis qui interius mentem illustrat: intellectus in q̄ is: qui a Peripateticis agēs appellari consueuit. Nā & qui inceptantes iter sapientiæ ingrediuntur: & q̄ progredientes proficiunt. vt taceam perfectos doctrina viros: ac plene sapientes: audiendo: legendo: meditando: solidiorem indies rerum cognitionem: atq̄ scientiam adipiscuntur. Siquis igitur attente voluerit audire studiose legere: acriorem mentis cognitionem adhibere: summam doctrinæ laudem facillime comparabit. Monet. M. Cicero filium ob eam causam vt Chratyppū audiat: orationes suas: & de philosophia libros legat: at studiose legat: & summam animi diligentiam adiūgat. ita enim studii nostri minus pœnitebit & cum etate cæteris decrescentibus sola semper creuerit sapientia: ad quam percipiendā transmisere ac nauigare nōnulli exiliis potius: q̄ peregrinationibus susceptis

Solon
Iulianus iurisc.

Capitulum octauum de quattuor philosophorum celebrioribus disciplinis.

PHilosophorum disciplinæ quā q̄ plurimæ pro M. Varronis sententia afferri possunt: quattuor tamen celebrantur imprimis. Sed Epicureorum dogma: quod in voluptate summum bonum constituit: idq̄ suis cōmodis non honestate metitur: & ad voluptates illecebras: quæ nihil habent cum virtute cōiunctum. tan q̄ ad vltimum bonū omnium refert omnia: iampridem ab iis qui recte philosophantur: reiectum: improbatum atq̄ explosum est: ea pcipue ratione: quod in finibus bonorum & malorum aberrans: nihil de virtute nihil de officio: nihil de beneuiuendo præcipere rite potest: sed omne q̄ potius rectā viuendi disciplināperuertit. Quæ vna præ cæteris oībus

M. Varro
Epycureorum dogma

inuestigatio communis esse debet philosophorum omnium. Reliquæ sunt Stoicorum: Academicorum: Peripateticorum disciplinæ: e quibus Stoici virtutem solam: atq3 honestatem: bonum esse statuerunt. Idq3 eorum est firmiter ab iis ipsis παράδοξον. comprobatum. τὸ καλὸν μόνον ἀγαθὸν εἶναι. Quod interpretamur. Honestum solum bonū esse. Academici vero: atq3 Peripatetici non solum: sed summum bonum habendam esse virtutem: non absq3 optimis rationibus argumentati sunt. Atq3 vtrorumq3 vna foret: eademq3 sententia: virtutem cæteris omnibus anteponens: nisi illa potissimum ratione differerent: quod Peripatetici alia certa: alia incerta esse dicunt. Academici ab iis dissentientes: alia probabilia: alia improbabilia esse arbitrantur. Sed in virtute præferenda in vnum vtriq3 consentiunt: vt non iniuria quæ Academici probant: finitima Peripateticis esse perhibeātur: ac sola certi: & incerti distinctione sublata: haud multum a Peripateticis diffidentia.

Paradoxon. i. admirabile præter opinionem

¶ Cap. VIII. quod fuit M. Tullius Academicus: in ibi quæ sint maxime Academicorum propria.

M Arcus Cicero ex omni philosophorum numero Academicos maxime comprobauit: eorumq3 tum sententiam tum etiam rationem diligenter consectatus est. quod cæteri philosophi: vt in Tusculanis disputationibus ostensum est: certis quibusdam destinatisq3 sententiis quasi addicti: & consecrati sint: eaq3 necessitate constricti: vt quæ probare non soleant: ea cogantur constātiæ causa defendere. Academici vero quæ probabilia sunt sequātur: nec vltra id progrediantur: quod verisimile occurrat. Quorum maxime proprium est: contra omnia disputare. quod id ipsum probabile: quod coniectant elucere non possit: nisi ex vtraq3 parte causarum fuerit facta contentio. Quibus propositum est: veri reperiendi causa: & contra omnes philosophos: & pro omnibus dicere. Studio autem inuestigādi veri: ita prorsus intendunt: vt et referre sine pertinacia: & refelli sine iracundia sint parati. Affirmandi arrogantiam deuitantes: fugiētesq3: quæ maxime sapientiæ aduersatur temeritatem: explorant velut trāsfugæ quidā aliena castra: & reliquorum philosophorum pertentant disciplinas: sententias studiosius perscrutantur: deniq3 id sequuntur: quod post acriorem conceptationem maxime probabile eluxerit. Itaq3 Academicus Cicero de prouidentia: de natura deorum. Stoicorum argumenta probauit. Eorundem Paradoxa: ammirabilesq3 sententias mādauit litteris de animi perturbationibus: Stoicorum diffinitiōibus vsus est. Plærisq3 in locis de rebus bonis: & malis differens: Stoicoru3 rationem secutus De officiis vero scribens accuratius in tota ea questione: quæ omnium existimatur præclarissima: potissimum e Stoicorum fontibus hausit. Quanq̄ suo quodam iudicio: atq3 arbitrio fretus: & Socraticus eo in loco: & Platonicus fuisse videatur. Platonem nanq3 Academiæ principem fuisse constat: Socraticam vero sententiam: Stoici præ cæteris tenuerunt: quod ipsius Ciceronis testimonio comprobatur: qui Paradoxa: quæ tota proculdubio Stoicorum sunt: maxime putauit esse Socratica: longeq3 verissima. Quamq̄ si recte ac diligēter hinc Stoicorum: in

Academici.

de Academicoru3: Peripateticorumq3 de virtute: de officio: de summo bono considerare sententiam voluerimus: liquebit sane non tam re. ꝙ verbo potius dissentire.

¶Capitulum.x. Magnanimitatis laus: ac proprietas affer-tur in medium.

F Verunt nonnulli: an vitio dandum sit si semper. qui ipse sibi alicuius rei laudem vendicauerit: faciat ne arrogan-ter quisquis praeclaris quibuspiam in rebus: caeteris sese anteposuerit. Quibus sane responsum sit: recte Aristotelem tradidis-se: qui in moralibus libris vnam asseruit magnanimitatem praeclarissi-mam omnium esse virtutū. Ea vero circa res praeclaras: & amplissimos honores versatur: & caeterarum veluti quoddam decus: & ornatus vide-tur esse virtutum. Eiusq3 proprium est: nec caeteris carere virtutibus: et eas semper maiores efficere. Atq3 vt ipse ide3 diffinit Aristoteles: is cer-te magnanimus est habendus: qui se magnis dignatur: cum vtiq3 ma-gnis dignus sit. Quod qui secus fecerit: is haud certe immodestus: sed pusillanimis sit: & probro obnoxius. Nemo igitur aut indecore: aut ar-roganter fecisse Ciceronem arbitretur: si oratoris laudem sibi: & eloquē-tiae assumpsit gloriam: quam vtiq3 peculiari quodam iure sibi potuit vē-dicare. Et philosophandi scientiam iis concessit: qui plus in ea tempo-ris atq3 operae posuissent. Bene Fabius Quintilianus. Praecipuum elo-quentiae lumen. M. Tullium: & vnicum apud nostros orandi specimē ap-pellauit: quippe qui veluti rex quidem in dicendi facultate: & copia ha-bendus esse videatur: quem & lepidissimus poeta Catullus lepidis quo-q3 affatus est versibus.

Magnanimitas

Fabius Quin.

Catullus

Disertissimi Romuli nepotum
Quot sunt: quotq3 fuere. M. Tulli
Quotq3 post aliis erunt in annis
Gratias tibi maximas Catullus
Agit pessimus omnium poeta
Tanto pessimus omnium poeta:
Quanto tu optimus omnium patronus.

Nam & Quintilianus Ciceronem ostendit: eorum qui tum florebant clarissimum inter patronos meruisse nomen.

¶Capitulum.xi. Proprium esse oratoris: apte: distin-cte: ornate dicere.



Van ꝙ in oratore quinq3 esse oportet: quod rheto-res tradunt: inuentionem: dispositionem: elocu-tionem: memoriam: pronunciationem: tria tamē praecipua esse dicuntur: quibus proprium oratoris constat officium. Nam inuentio ad res excogitan-das necessaria est: dispositio: quae inuenta ordine distribuit: elocutio: quae tum verborum tum sentē-tiarum ornatum adhibeat. Ex his oratoris opus

Oratoris offi.

conficitur actam & nec meminisse:nec pronūciare velit:tribus quæ antea exposita sunt:perfecta constabit oratio. Hinc. M. Tullius proprium oratoris esse dicit:apte:distincte:ornate dicere:tria quæ sæpe commemoramus:artificiose complexus. Nam & apte inuenire:& distincte distribuere:& ornate loqui:proculdubio debet orator. Hinc illud in secūdo de oratore libro congruit:quum ostendit. M. Tullius:propriū oratoriæ artis esse bene dicere:quod est vt ipse idem interpretatur:sciēter et perite:& ornate dicere. Sed non solum qui oratoriam exercet dictionem:verum etiam qui magnum & præclarum aliquid scribere:ac litteris mandare voluerunt:si modo velit lectorem allicere:eadem ipsa spectare atq; seruare debent: Quibus prætermissis aut iaceāt in tenebris aut turpiter contemnantur necesse est. Quod cum animaduertisset Cicero:nullius pene rei ignarus:illa prodidit in Tusculanis disputationibus. Sed mandare quenꝙ litteris cogitationes suas qui easneq; disponere neq; illustrare possit:deq; delectatiōe aliqua lectorem allicere: hominis est abutentis intemperanter & ocio:& litteris. Cogitatio plane ad inuentionem refertur:quæ in rebus excogitandis sita est. Tum additur dispositio:deinceps quæ orationem illustrat:elocutio: quæ si cōcurrant omnia:summam legentibus delectationem pariunt. Quod qui fecerint secus:suos libros legunt ipsi cum suis:nec quisꝙ attingit: præter eos qui eandem scribendi licentiam sibi permitti volunt.

Attēde eloquētiæ aspernator

¶Capitulum.xii. De duobus orationis generibus:altero dicendi:altero disputandi.



Profuit semper disertis viris elegās doctrina:doctis plurimum eloquentia popularis. Quamuis alia sit erudita:alia popularis oratio. Siquidem forēsis eloquentia magna sæpe:& multa philosophis contulit adiumenta:sed & philosophorum disputationibus et exagitatur plurimum:& adiuuatur orator. Veruꝫ aliud oratorem:aliud decet philosophū genus orationis. Itaq; recte. M. Tullius duo memorare consueuit: vnum forense dicendi:alterum quietum dicendi genus Vis in illo est maior:vt quod ad permouendos animos:& efficacius & accomodatius est. Quod philosophi colunt:æquabile & temperatum est. Quod nō modo in libris de officiis:cum in philosophi & oratoris mētionem incidisset sed & de oratore ad: Q. fratrem scribens præclare distinxit Cicero his verbis. Aliud enim mihi quoddam genus orationis esse videtur eorum hominum:cum de philosophis loqueretur:quamuis illi ornate: et grauiter aut de natura rerum:aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus est verborum:& latum:sed palestræ magis & olei:ꝙ huiusciuilis turbæ ac fori. Nam palestræ videtur concertatio mollior: forensis turbæ maior acriorq; contentio. Illud quoq; quod in oratore a: M. Cicerone dictum est. ab hoc proposito nequaꝙ abhorret. Dulce orationis genus:vt solutum:& effluens sententiis: argutum est in illo epidictico genere:quod diximus proprium Sophistarum pompæ:ꝙ pugnæ aptius Gymnasiis:& palestræ dicatum:spretum & pulsum foro.

Duo eloquētiæ genera:

Sophistarū pōpe

¶Capitulum.xiii.philosophum & oratorem M.Ciceronem fuisse.

P Vlchre.M.Tullius distribuit suæ tempora ætatis: aliasin philosophia alias in dicẽdi arte versatus. Neq3 enim hæ repugnant disciplinæ: sed arctiore inter se societatis vinculo coniunguntur: Vna philosophia ingenuarum omnium mater ẽ artium: ab eius profecta fontibus eloquentia. Quandoquidem omnis illius vbertas: & quasi silua dicendi: vt in oratiõe proditur: a philosophia ducta est. Vt bene ac laudabiliter fecisse videantur. qui in vtriusq3 generis facultate versentur: quæ quidem laus vni ante alios. M. Ciceroni merito tribuenda est: qui philosophiam atq3 eloquentiam secutus: eorum iudicio: qui solertes sunt: plurimum in vtraq3 profecit. Indicant nõ modo orationes eius grauissimis refertæ philosophorum sententiis: sed et permulti: qui ab eo grauiter: splendideq3 in philosophia scripti sunt libri. ¶Quare & Lactantius Firmianus primo diuinarum institutionum libro. M. Tullius inquit: non tãtum perfectus orator: sed etiam philosophus fuit. Siquidem solus extitit Platonis imitator. Et diuus Hieronymus noster in suis elegantissimis commentariis. M. Tullium philosophum pariter atq3 oratorem appellauit. Cuius testimoniu3 grauissimum omnium mea quidem sententia non iniuria putandum ẽ Nec in vna tantum philosophiæ parte elaborauit: omnes complexus ẽ Quod Topica in differendi arte: de multarum rerum natura cõscripta volumina: plura de vita: & moribus: quæ pene omnibus in promptu sũt monumenta declarant.

Lactantius
Cicero Platõis imitator
Hieronymus

¶Capitulum.xiiii.magnam esse laudem assecutos: qui sapientiam cum eloquentia iunxerint.

M Agnam sunt laudem assecuti: qui in rerũ cognitione floruerunt: sed illi maximam præter cæteros qui sapientia3 cum eloquentia iunxerint: & ad multarum rerum doctrinam etiam florem oratiõis & nitorem verborum adhibuerint. Hoc numero optimo iure apud Græcos haberi potuisset Plato: Demosthenes: Aristoteles: Isocrates: Theophrastus: Demetrius Phalereus: si non eorum quisq3 suo delectatus studio cætera contempsissent. Platonis imprimis summa rerum omnium doctrina in propatulo est. Atq3 ob eam causam: vt philosophiæ parens Socrates: ita philosophorũ deus cognominatus est Plato.

Oratores Græciæ aliorum cõtemptores.

¶Explicit: quod inuenitur libri tertii Stromatum Augustini Dathi.

¶Augustini Dathi Senensis Sermo de voluptate: in quo interrogans Aporetus: respondens vero Crito inducitur.

Augustū Sacel:

A

POREТVS. Confidebamus heri sub rupe augusti Sacelli:inq; apricis præruptі sacri locis nimium sæuientis Boreæ spiritu; vitabamus:tum cæpisti pro tuo more multa differere: & miscere multis de rebus varios sermones. Cūq; hortantibus nobis de malorum ac bonorū finibus innumeras pene phōrum sententias memoriter retulisses:visus Epicureos: ꝙ cæteros omnis vituperare remissius:quoru; factionem magno vbiq; consensu sapientes viri despicere:atq; improbare consueuerunt. Hodie(nisi fallor)vtriq; ociu; datum est vt tu aperire:qui ita sentias ego te præcipientem audire facile possimus. Reliquum est igitur vt vehementer cupienti mihi gratificari velis. CRITO. Volo equidē nec vsꝙ incolumi veræ amicitiæ lege tuæ voluntati deero:quæ quantū apud me auctoritatis habere debeat:manifestius abste intelligi: ꝙ cuiusꝙ oratione explicari possit. Veru; nihil est quod ista tantopere de me petas:quæ ego narrare iucundius volo: ꝙ tu audire auide concupiscas. At bñ Charinus ille Terentianus. Neutiꝙ liberi atq; ingenii hominis officiū putat esse cuius:cum is nihil ꝓ mereatur:postulare id gratiæ apponi sibi. Quin potius oratū te volo esse:vt non moleste audias. APORETVS. Belle res se habet:quando qdē ita comparatum est:vt qui maximū beneficium conferat eo apud que; locetur:gaudeat vehementius. Regalis ista consuetudo est quod Artaxerxes xerxis filius sentire solitus erat vt longe magis deceat regē facere incrementum: ꝙ pati. CRITO. De pecuniis arbitror:ista sentiebat Artaxerxes:quas vel contēnere si nō habentur:vel ad beneficentiam conferre:si possidentur magni atq; excelsi animi esse philosophi putauerūt Id autem cū & Ptolomeus Lagi filius verum esse statueret:omnia in amicos profundens:preter necessaria possidebat nihil quod non tam regium foret locupletari: ꝙ alios locupletes efficere. ℂ Alexander quoq; ille magnus cum sese gloriando efferret dicere solebat vix sibi amicos Darii diuitias sufficisse. Quod enim potest esse in principe:& in magno viro:bonum omnino præstabilius vel potius(vt ait Dionysius senior) quod aliud potest bonū esse: ꝙ in alios conferre beneficia. Sed longe diuersa ratio est pecuniarum:& earum rerum quæ ad animā spectant:qualis virtus qualis doctrina qualis habenda est. Atq; ob eam causa;·& M Tullius in oratione illa ornatissima pro CN. Planco dissimile; argumētatur esse pecuniæ & gratiæ debitionem:quod qui pecuniam dissoluit: statim nō habet id:quod reddidit:qui quim debet:is retinet alienū:gratiam aute; & qui refert habet & qui habet in eo ipso quod habet:refert. Nec tamen quia verba eius loci reprehendit Antonius Iulianus sententia quoq; reprehendi potest:qua nihil queat verius reperiri:nec de gratia solum intelligi:sed ad ea omnia quorum ad animū possessio pertinet dicta possunt superiora referri. Nam pecunia si confertur tantum decedit tribuenti quantū ei accedit:qui illam. Sed bona illa animi nō modo dando non exauriuntur:sed etiam plurimū augescunt. Quin etia; nondum vere quisꝙ his bonis potitus est:quoad cæperit impartiri cu; aliis. APORETVS. Dicis probe. Nam & Augustinus noster in eo libro qui de doctrina christiana inscribitur. Omnis res inquit. q̄ dando non

Charinus Therentianus

Artaxerxes

Ptolomeus.

Alexander
Darius
Dionisius Se.

Antonius Iuli.

desit dum habetur: & non datur nōdum habetur quomodo habēda est: Itaq3 vt tu quoq3 quæ nostri:eo modo habeas:quo habenda sunt:cupis eadem cōmunicare cum aliis:sed cū eis potissimum:qui tua doctrina atq3 institutione delectantur. CRITO. istuc ipsum non enim metuendum est mihi:vt amittam:si alii accæperint. APO. Verum dicis. Sed obsecro te te:nunc iam differe:quæ de voluptate quæq3 de epicureis præter vulgatam omnium fere philosophorum opinionem sentire videris.
CRI. Satius est:anteꝙ sermonem ipsum exordiamur rupem nostram repetamus:quod tam iucundum habitaculum est:vt iam cum Socratica Platano:cū Mariane quercu cum Vlissea palma conferri possit. APO. Recte admones. Nam & dulce ibi ocium est hac diei hora. & venti omnes silent. Accedit eodem solis refectio:quæ glaciali frigore:& leuo vētorum flatu rigentes artus:plurimum fouet a crecreat. En tibi opportune rupes optata adest. Socratica Pla.

A Poretus. Quid est obsecro te Crito. quod voluptate3 tantopere insectemur:q ia3 ex virtute atq3 honestate proficisci videamus. CRI. Erras Aporete:si eandē voluptate3 putas esse:& quā sapientes viri insectantur:& quæ ex virtutis atq3 officii fontibus ducitur. Longe quidē alia hæc res est. APO. Vnam semper existimaui esse voluptatem. Crito:quæ hominem ipsum iucunditate quadam ac delectatione afficiat. Huius autem ea ratio est vt nisi ex sola virtute manare aliunde nō possit. CRI. Nimium Aporete falsus es:si quidē vnum solum constituis genus voluptatis. APO. Quid ita. Nonne virtus atq3 honestas per se quidē facit voluptatem. CRI. Facit:nō enim inficior. Quid tum. APO. Constat mea sententia:si ita est:veram vel solam potius voluptatis causam:ipsam esse virtutem. Ita fieri deinde: vt quum a virtutis seminariis proferatur:voluptas per se sit laudabilis. Quid enim est voluptas aliud nisi iucunditas quædā animi:quæ virtutis ipsius fructus est. Alioquin absurdū est res tam dispares:tāꝙ dissimiles vnius nominis appellatione nuncupare. CRI. Video sane is tibi ortus sit error a eq3 enim arbitreris par esse:vt res tam longe inter se diuersas atq3 contrarias eodem omnis vocabulo complectamur:vt si bonum & malum virtutem quispiam appellare velit:cum tamen aliud bonum sit:aliud malu3. APO. Prorsus ita est:vt dicis Crito. CRI. Sane frugi homo es Aporete:qui nullā aliam preter ꝙ honestum perceperis voluptatem:Dissentis tu quidem a vulgo hominum. Et enim per paucos puto esse:qui istius solidæ voluptatis stabilitatem sentiant. Plerīq3 obscenis ac lutulentis sese ingurgitant voluptatibus. APO. Voluptates appellas Crito. Qui fieri potest. vt ita nominentur. CRI. Quin taces Aporete. Nescis vnde voluptatis ductū sit nomen. APO. Mitto nomen Rem q̄ro ipsam. CRI. At nois quoq3 habenda rō est:& prius quidē nominis inuestigari vis solet:tū de re ipsa agi. APO. Vnde est igitur voluptas. CRI. A volupia inꝙ:quā & veneris ministrā fuisse tradunt. Q ꝗ si ad venerē ptinet:nō dubiū est:quin & obscena voluptas sit:cui venere3 præesse ferunt. APO. Nunc audio primū volupiam cōmemorari Crito. Vide ne tute illam ad libidinē fingas. CRI. Parum mihi apud te est fidei Aporete. An nondū accæpisti Volupiā diuā esse habitā apud stultos veteres. APo. Certe nunquā. CRI. Colebatur religiose quondā volupia Volupia.

Angeronia

& sacellū habebat quasi augustissimū numen: in quo & diuæ Angeroniæ pontifices sacrum faciebant. APO: Quā ob rem istuc tandem Crito. CRI. Angeroniæ diuæ simulachrū in ara volupiæ obligatio: obsignatoq; ore propterea collocarunt veteres: quod qui angores suos ac molestias dissimularent: atq; æquo animo paterentur: ii proculdubio patientiæ bñficio: maximas voluptates cōsequerentur: qua ex te etiam Volupiā ipsam voluptatis pēsse dignoscitur: a qua etiam vocabuli originem rationēq; traxerunt. APO. Iam noui ista Crito: q̄ nō mihi solū: sed plerisq; noua: & inaudita essereor. Sed quæ ista Angeronia est. CRI. Et ipa diua Aporete ita appellata: quod angores ac sollicitudines animorum propiciata depellat: vt ait Verius Flaccus. sed ad voluptatē redeamus si libet. APO. Percupio Crito: ac nisi molestum est: distingue illā michi vt quottuplex sit intelligam. CRI. Faciaq; equidē Aporete. Sed prius eru ditæ ac perdoctæ vetustatis animaduerte cōsuetudinē. APO. Quæ ista est. CRI. Dicam medius fidius: si æquo animo audire volueris: APO. Isthic sum. Nam quid pōssit mihi esse iucūdius: CRI. Multa sunt: si accuratius perspexerimus: quæ & in bonam partem veterum vsus: & in malam vsurpauit. Nam tempestatem: & bonā: & malam dicimus. Facinus item: & turpe: & clarū. APO. Duo ista frequenter & audimus & legimus CRI. Sed audi: sunt alia quoq; multa. Dolum gratiam: industriam: periculum: venenum contagiū honorem & in laude. & in vituperatione posita esse in veterum monumentis reperimus. Eortunam quoq; & secundam: & aduersa; dicere solemus. APO. Memoriter ista collegisti Crito CRI. Alia præterea sunt: quæ eadem ratione & bona dicimus: & mala. APO. Dic quæso & quæ reliqua sunt eiuscemodi. CRI. Scis tris esse præcipuos animi affectus. APO. Num iram: libidinem cupiditatem dicis. CRI. Ista ipsa. APO. Nenimi alias de te audisse Crito: sed quid tande; de his. CRI. Audies: præclare & enucleate de his his affectibus Firmianus Lactantius disseruit ac demum ostendit tria hæc: tum laudi dari: si suos limites finesq; seruauerint: tum vitio: qum a naturæ ratione recesserint: APO. Quonam modo intelligis Crito. CRI. Quia cupiditas homini data est ad ea comparanda: quæ vitam tueri possit: nec nostram solum: sed eorum etiam: qui nobis chari esse debent. APO. Teneo iam istud. Libido autem quomodo potest turpitudinis expers esse. CRI. Ista imprimis necessaria est hominum generi: APO. Qui fieri potest Crito. CRI. Cupiditas nāq; ad singulorum hominum spectat: & ipsorum indiuiduorum: vt philosophi tradunt. At libido ad totius humani generis salutem conseruationēq; referri constat. Siquidem libido porrigit ac propaget sobolem atq; hinc est: quod idem autor suauissimus testatur in hominibus: cæterisq; animantibus diuersitatem sexus: coitionem: generationem nullā habere rationem aliam: nisi vt omnia genera viuentium: quod sint conditione mortalitatis obitura mutua pos sint successione seruari. APO: Perplacet Sed quid ira. Num & bona erit CRI. Plane erit & bona ira Aporete si præter rationem non seuiat. Ita nanq; affectus necessarius est ad frenandam improbitatem eorum: qui in nostra sint potestate: ne impugnitas licentiam: licentia vero pariat audaciam: quæ ad omne flagitium: ac scelus euadat: atq; hinc est quod Peripatetici iracundiam laudant: & vtiliter dicunt a natura nobis da

Verrius Flac.

Tēpestas bona & mala

Lactantius.

Libido

Ira.

tam. Quãobrem tam cupiditas & libido q̃ ira affectus sunt necessario no bis a natura tributi ac laudatur quidem si præscriptos limites non transcenderint. At si ira vltionem vltra præscriptũ rationis concupierit: si cupiditas opibus ac diuitiis satiari non possit: si libido in obscœnas voluptates feratur: tum sine dubio mentes hominum vexant: animosq; ipsos: quasi furiis quibusdam exagitatos in omne scelus præcipites agunt ac respirare non sinunt. Verum ne vagemur longius advoluptatis quæstionem redeamus. APO. Non dici possit Crito: q̃ gratũ mihi fuerit etiam isthec nosse Itaq; differente re Crito de tribus affectibus videor iam mihi p̃pulchre de voluptate ratiocinari. CRI. Nunc plane rem omnẽ cognosces Aporete. Nam ignoratione partitionis: etiã magni quidem & summa auctoritate philosophi in grauissimos errores inciderunt. Lege veterum libros de voluptate magnã quampiam reperies pugnantium controuersiã: vt accuratius consideranti delirare potius q̃ philosophari videantur. APO. Quorsum isthuc Crito. CRI. Quoniam de voluptate alii alia senserunt. APO. Dissenserunt potius. CRI. Recte dixisti Aporete. APO. vis ne: quoniã tam magnum hac re inter philosophos certamen est ipsorum deliramentis ommissis quid ipse sentias: explicare. CRI. Volo equidem. Neq; enim possit quicq̃ mi chi esse iucundius q̃ iis de rebus colloqui que cognitæ vel plurimum afferunt vtilitatis. APO. Præclare facis Crito: quandoquidem docti hominis est: non solum posse: quo philosophi tradunt: sed etiã velle docere. CRI. An ne nobis solum: quod dici solet viuimus nõ patriæ nati sumus non amicis. APO. Id profecto est quod & ad Architam Tarentinum perpulchre scribit Plato: illius vt arbitror) eruditionis: & doctrinæ cupiẽtissimus. CRI. Nostra hæc mens est aporete: vt omnibus in rebus quid maxime verum sit: exquiramus: Itaq; & de voluptate exponã: quid sentire ipsi debeamus: vt quoad possim ac liceat: omni errore libereris & primum quidem quotuplex sit intelligendum puto: deinde quid sit: quod voluptatem contẽnendã suadeamus: postremo q̃ magno discrimine a virtute ac vera laude seiuncta sit. APO. Luculente exortus es Perge. CRI. Dicimus & bonam esse voluptatem & malam. Omne namq; quo gaudemus (vt etiam aiebat Epicurus) recte appellatur voluptas Nam siue animo: seu corpore percipias voluptatem aut cum ratione id agitur aut preæter rationem: & primo quidem modo iusta: & honesta couflatur voluptas: altero vero turpis atq; illiberalis. Hinc est enim q̃ eximius orator: ac magnus philosophus Cicero inquit. Aliud gaudium esse: aliud leticiam & gaudium & leticia vtrũq; aliqua voluptas est. Sed gaudium quidem stabili quadam firmitate animi: & constantia a rationis semita nunq̃ discedit. ¶ At contra leticia immoderatius effertur: & mentis ipsius statum perturbat: atq; confundit. Illud etiam rationis magis proprium est. Hæc potius ad eneruatã ac mollem animi inferiorem partem refertur: & prior quidẽ voluptas nisi virtus præcesserit nullo pacto in homine inueniri potest. Altera vero plerũq; flagitiorum labe: & sordida fœditate conficitur. Vtraq; autem voluptas tum honesta tum etiam potest & corporis esse: & animi. Alia enim voluptas dicitur: qum sensus corporis laudabiliter ac modice in ea quæ obiecta sunt se

Duplex volup.

Gaudium Lætitia.

xit bellum: si quidem putauit indifferens quiddam esse: vt ita dicam: qd' est neutrum: quale Graeci appellare consueuerunt. At Critolaus Peripateticus rem leuissimam exosus: vsq3 adeo voluptatem asperna tus: & insectatus est: vt non modo existimauit summum malum esse: verumetiam & plæraq3 maxima inde flagitia ac detestabilia mala proflue re: iniurias: desidias: obliuiones: ignauias. Addit Diogenes tyrannos communes hostes humani generis: subuersiones vrbium: bella. & hostilia & ciuilia: sed & plus q̄ ciuiles pugnas exvoluptatum manare delitiis Quid dicam de Platone. Qui itavarie ac multipliciter plærisq3 locis de voluptate disseruit. vt superiores sententiæ: & si tam variæ: tamq3 discrepantes sint: ex eius tamen sermone ac fontibus profluxisse videantur. Calipho autem: & Dinomachus ita tandem magnum bonum dixerunt esse voluptatem: si illi fuerit virtus adiuncta. Chrisippus voluptatem probauit: nec bonum esse: neq3 finem. Hæc sunt (nisi fallor) tritæ de voluptate sententiæ. APO. Quam magna isthæc controuersia est. CR. Sic se habent nostri philosophi. Pugnant ipsi inter sese ac diuersis opinionum disceptationibus ita dissentiunt: vt nihil absurdius: aut dici: aut cogitari possit. APO. Turpe istud quidem est mea sententia. Philosophis præsertim quos vitæ magistros: & veritatis conquisitores vulgo esse arbitrantur. Sed perge q̄so atq3 quid ipse sentias de voluptate edisfere. CRI. Duo voluptatis sunt genera: vt paulo ante ostendimus. APO. Age iam concedo istud: id explica potius: vtraq3 voluptas: quæ qualisve sit. CRI. Si diffinitionem quæris: honesta voluptas est iucunditas quædam mentis: & gaudium cū recta animi ratione: quæ nun q̄ nisi ex virtutis opere: atq3 actione conficitur. Virtus namq3: & officium per se. & læticiam & voluptatem efficit: atq3 hæc quidē voluptas nisi virtus præcesserit: nullo pacto in homine inueniri potest. At vero turpis voluptas est iucundus motus inferioris partis animi: quæ præter rationem ad aliquam flagitiosam libidinem atq3 obscænam voluptatem concitatur: atq3 propellitur: ac superior quidem voluptas stabili firmitate animi atq3 constantia: in rationis arcem se recepit: & firmo se ac perpetuo præsidio munit. Hæc posterior ad molem & demissam partem animi: & ad corporis ipsius sensus illabitur: & cum quadam (vt ita dixerim) sensuum ipsorum titillatiōe percipitur: eaq3 ipsa continuo effluit: atq3 exinanitur. APO. Iam video: quid sit: quod inter honestam: & turpem voluptatem intersit: estq3 mihi tua monstratione Crito vtriusq3 voluptatis explorata ratio. Sed naua mihi operam: quam pollicitus es: & vt intelligam: & quod asciscere nobis voluptatis: & quod aspernari & reiicere debeamus. Est enim ista imprimis cognitio ad vitam hominis recte degendam vel maxime necessaria. CRI. Probe agis Aporete. Nam complures fallit rerum istarum ignoratio. APO. Me certe fefellit ante hac. At porro dabo operam: ne cum imperita multitudine in tam magno verser errore. Sed dic quæso: quum voluptas simplex ac nuda profertur: vtram potius sapientes viri: & eruditi intelligere consueuerunt. CRI. Plærūq3 obscænā illā ac turpē Aporete. AP. Istā igitur velim declarari: atq3 illustrē fieri mihi. Est.n. fugiēda (vt arbitror) ac tu mihi sentire videris. CRI. Faciā equidē nō inuitus. Quid.n. facilius factu sit. Atq3 illud āte oīa nobis cōstituendū ē: voluptatē ipsa3 ac virtutē cōtraria esse

Critolaus

Diogenes

Calipho
Dinomachus
Chrisippus


Honesta volup.

longeq; diuersa. Nostin virtutē. quid sit. APO· Quid ni. CRI. Huic voluptas omni ex parte aduersatur ac penitus repugnat nec cu; ea: vllum potest habere cōmertium: estq; summo probro ac vituperatione dignissima. Queadmodu; enim virtus maxime laudabilis est: ita & voluptas ab omni laudis splendore vehementer abhorret. APO. Fateor istud tibi Crito: sed tamen velim: mihi subtilius atq; enucleatius differi abs te CRI. Improbamus tum eam voluptatē: quæ corporis sensus sollicitat mollius: tum quæ intrinsecus ad animū turpiter illabitur & arcana mentis indecora atq; inani suauitate demulcet. At eam: quæ plerūq; virtutem atq; honestate; sequitur: te cū Aporete plurimum laudamus. Illa; non reiicimus: quæ naturæ ipsius impulsu corporis sensus iucunde mouet: non immoderate delectat. Natura enim fit vt specie: & forma oculi cantu & sono aures: nares odoribus: saporibus fauces capiantur: sed lenia coutrectare iuuat: sicut horridiora contractus reformidat. APO: Potes alia ratione distinctius partiri Crito voluptates. CRI. Quid ni APO. Affer: si quam habes aliam huiusce rei partitionē. Pergratu; em̄ mihi feceris Crito: si aliam voluptatum ipsarum distinctionem attuleris vt planius intelligam: quod hac de re firmiter tenendum sit. CRI:

M. Tullius Latinus Plato

M. Tullius quidem veluti Latinus Plato: & optimus rerum omnium censor quarto quæstionū Tusculanarum libro: ita inquit. Quin ita mouemur: vt in bono simus aliquo: dupliciter id contingit. Nam qum ratione animus mouetur placide atq; constanter tum id gaudiu; dicitur Qum inaniter & effuse animus exultat tum illa lætitia gestiens: vel nimia dici potest. quā ita diffiniunt sine ratione animi elationē. Et paulo post Cicero. Lætitia opinio recēs boni p̄sentis ī quo efferri rectū esse videatur. Ac subiungit inferius. Voluptati subiecta sunt: maliuolentia lætans malo aliene: delectatio: iactatio: & similia. Et subdit romanus philosophus. Voluptatis partes hoc modo describunt vt maliuolētia sit voluptas ex malo alterius sine emolumēto suo: delectatio voluptas suauitate auditus animū deliniens: & qualis est hæc aurium: tales sunt oculorum & tactionū & saporū quæ sunt omnes vnius generis ad pfundendum animū: tanq̄ illiquefactæ voluptates: Iactatio est voluptas gestiens. & se efferens insolentius. Hæc auctor eminentissimus Cicero. Verum quid multa in hanc sententiam. Illa quā initio prc posuimus: voluptatū haud qua q̄ contēnenda diuisio est. vt aliā bonā voluptatē: aliam turpem dicere debeamus. Et honesta quidē voluptas nō absurde in hūc modum diffiniri possit: vt sit iucunditas quædā ipsius animi: quæ conflatur statu mentis nō perturbato: ex bonorū operum actione. Hoc genere voluptatis recte quis dixerit: gauisum sæpe numero fuisse Socratē quem ferunt a summo lucis ortu: ad solem vsq; alterū oriente; intentū cōtēplationi: tanta rei voluptate: vt no solū nō immutaretur: sed ne cōniueret quidē. APO. Magnū istud quidē est & āmiratione dignissimū CRI. Ita res se habet. Sed idē ipsum oībus magnis philosophis vsu venisse cōpertu; est: christianorū aute; imprimis philosophis: q̄bus solis sinceræ ac dilucide veritatis ꝓposita cognitio est. Siquidē omniū: quos ad rerum contemplationem altior rapit cogitatio. fertur inenarrabile gaudium efferatq; incredibilis voluptas & quasi libamentum quod piam diuinæ suauitatis. Huiusmodi igitur & maxima est: & honesta volu

gia via Augustino duce ad veram iter facientibus voluptatē. Nobis aūt ne amenissimam patris oratione in duris alieni sermonis fētibus horridā redderemus: ac splendidissimo suæ orationis fulgori: ac nitori verborum tenebras offunderemus: placuit: ac visum est: in apertum charissimi patris nuda. & vt sese habeant. referre omnia. Summonemus & vniuersos: & singulos: Au. si postremā manum his imposuisset opusculis: ac reliquis: quæ composuit: & dictur, fuisse hac de re si de voluptate: & ceteris longe plura immutasse haud pauca ac dempsisse non nihil. Taceant igitur maledici atq3 maliuoli: & non quale nunc est hoc opus: & alia At qualia fuissent completa atq3 emendata consyderent.



Po. Quid est obsecro te Crito: quod plærīq3 voluptatem tantopere insectemur: quam ex virtute: atq3 honestatis fonte proficisci videamus. CRI. Erras Aporete: si eandem putas esse voluptatem & quam sapiētes viri insectātur: & quæ ex virtutis atq3 officii fontibus ducitur. Longe quidem hæc ab illa est: ac p̄ter nomen commune cum illa habet nihil. APO. Quid est voluptas aliud nisi iucunditas quædam: qua vel sensus ipsi corporis: vel animus iucunde mouetur. CRI. Vides ne Aporete duplicem te commēdare voluptatem: & alteram quidem corporis: atq3 animi ipsius alteram. Duplex volupt. APO. Prorsus video. At vtrunq3 tamen iucunditatem quampiam eiusmodi esse constat: vt naturam hominis moueat: ac delectet: atq3 vnde illa sit: certe probari debet: quia delectat nec est quod præter vitæ iucūditatem aliud mea sententia nobis quærendum sit. CRI. Alter suboria Epicurus voluptatis defensor: doloris ac laboris expulsor. AP. Epicurum nescio at hoc scio capi vel optimum quęq3 voluptatis illecebris doloris autem reiicere ac refugere asperitatem. CR. Nō dicis nihil Aporete: sed id quale sit: non sane satis animaduertis: vt mihi quidem videtur. AP. Quid animaduertam: illud Virgilianum in promptu est. Trahit sua quęq3 voluptas. Quod nemo vel ad vnum quidē possit omnino expers esse voluptatis: & alius alia voluptate capiatur. Ita latet neminem sed certe nemo non voluptatem aliquā consectatur: quod ē nō ambiguum documētum: voluptatem esse præcipuum bonum: ad qd' ducimur quidem ac trahimur omnes. Omnium vero aliqua in re cōsensio rei ipsius dignitatem: perfectionemq3 demonstrat. CR. Fallit te animus Aporete: omnisq3 erroris tui causa hinc nata est: quod veterum nostrorum vsus: res suo ingenio diuersas ac natura separatas: nominis vnius appellatione confundis. AP. Compertū est mihi etiam apud eruditissimos viros quemlibet siue animi seu corporis iucūdam motionem: voluptatem appellari. Quod si ea est: quam tu ipse constituis voluptatu3 discretio: perabsurdum quidem mihi videtur res tam longe inter se diuersas: vno atq3 eodem verbo nominari. Valde equidem in ꝙ admiror nec est aliud quicꝙ quod mihi stultius videri possit: ꝙ res adeo dispares atq3 contrarias vnius nominis appellatione contineri: vt si bonum ac malum vno virtutis nomine cōplectamur. CRI. Rem notam omnibus (vt arbitror) admirari videris Aporete. Nam sæpe id: vel a doctissimis veteribus vsurpari consueuit. AP. Fortassis istud contingat patrii Serni.

Virgilius

ptas. Altera vero in promptu est: quam ita possumus diffinire iucundã vel animi vel corporis motionem: a recta ratione abhorrentem: atque ita elatam: vt tranquillum statum mentis euertat. Hac afficiũtur volupi tate: qui spurcissimis libidinum illecebris titilantur quales sapiẽs concionator loquentes inducit. Venite: & fruamur bonis: q̃ sunt vtamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter. Vino pretioso. & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis: coronemus nos rosis anteq̃ marcescant. Nullum pratum sit: quod non pertrãseat luxuria no stra. Nemo vestrum exors sit luxuriæ nostræ. Vbiq; relinquamus signa lætitiæ. Quoniam hæc est pars nostra: hæc est sors nostra. Hac volupta te afficiebatur quisquis apud Flaccum in agro amœnissimo constitutus diceret. Me pinguem & nitidum bene curato. Et reliqua. Quamobre; habes quod primo loco proposueram: quotuplex sit intelligenda voluptas. Nunc explicandum est: turpis illa: cuius te rudẽ assueerabas: q̃ qua lisq; sit: vt mirari desinas Aporete: quid sit: cur viri oẽs sapientes atrox ei bellum indixisse videantur. APO. Expecto quid dicas: neq; enim vnq̃ sum æque delectatus. Itaq; perge. CRI. Faciam equidem: & quidem libenter. Primum constituo voluptatem ita virtuti: honestatiq; inimicam vt nihil magis ei possit esse contrarium. Quod si contrariorum cõ traria sunt consequentia: estq; omnium philosophorum consensu: ma ximum bonum virtus: certe erit voluptas maximum quoddam ac summum malum & vti consciẽtia bene actæ vitæ (vt summus sẽsit orator) multorumq; benefactorũ recordatio iucundissima est: ita contra vt eximius philosophus Boetius inquit. Boetius

Habet hoc voluptas omnis:
Stimulis agit fruentes:
Appiumq; par volantum:
Vbi grata mella fudit:
Fugit: & nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

Demosthenes

Hinc illud Demosthenis temperantis a Laide meretrice: ac discedentis ab ea: quod nimis grandem pecuniam postulasset. Pœnitere tanti non emo. APO. Consequuntur isthæc omnia Crito. Sed id dubitationẽ nõ nullam habet: tantopere virtuti ipsi aduersari voluptatem. CRI. Et id quoq; satis in promptu est. si accuratius Aporete cõsideres. Nonne id maximum malorum omnium putari debet: quod mentẽ perturbat: q̃ rationis atq; animi lumen extinguit: quod consilium impedit: quod intellectus ipsius aciem præstringit: quod quum adest: nullus relinquitur virtuti locus. At ea facere voluptatem: testis est Architas Tarentinus: cuius præclaram sententiam in Catone maiore prosecutus est Cicero. Ita enim existimauit: itaq; pronunciauit: nihil tam detestabile esse tam q; pestiferum: q̃ voluptatem. Verba autem Ciceronis pro Architæ sententia ex eodem loco hæc sunt. Nullam capitaliorem pestem: q̃ corporis voluptatem hominibus dicebat a natura datam. Cuius voluptatis auidæ libidines temere & effrenate ad potiũdum incitabantur: Hinc patriæ proditiones: hinc rerum publicarum euersiones: hinc cu; hostibus Cato maior

clandestina colloquia nasci dicebat. Nullum deniq₃ scelus: nullum magnum facinus esse: ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret. Stupra vero & adulteria & omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari nisi voluptate. Cumq₃ homini siue natura: siue quis deus: nihil mente praestabilius dedisset: huic diuino muneri ac dono nihil tā esse inimicum ꝙ voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiae locum esse omnino. Nec in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intelligi posset: fingere animo aliquem iubebat tāta incitata voluptate corporis: quanta percipi posset maxima. Nemini censebat fore dubium. quin tam diu dum ita gauderet: nihil agitare mente: nihil ratione: nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil tam detestabile. tamq₃ pestiferum: ꝙ voluptatem. Siquidem ea cum maior esset: atq₃ longior omne animi lumen extingueret. Cōsentanea sunt his atq₃ sororia: quae scribit philosophorum princeps Aristoteles in hunc modum inquiens: fine libri tertii Ethicorum. Voluptatum appetitus insatiabilis est: stultoq₃ vndiq₃ affluunt: & executio libidinis inatam cupiditatem exauget. Quinetiam si magnae & vehemētes sint mentem e suo statu dimouent. Quamobrem mediocres illas quidem rarasq₃ oportet esse: tales deniq₃ vt rationi non aduersentur. Tale quidem temperatum: castigatumq₃ vocamus. Vt enim puerum oportet secundum Pedagogi praecepta viuere: ita cupiditas debet obedire rationi. Quare oportet: vt temperatus a ratione non discrepet. Honestum est enim ad quod vterq₃ tan ꝙ ad signum prospicit. Temperatus quae debet: & vt debet: & quando debet concupiscit: sic dictat ratio. Haec Aristoteles. Hi sunt illi profecto domini Aporete: virtus scilicet ac voluptas: quos saluator mundi. atq₃ humani generis redemptor commemorat: Euangelio: quum sic ait. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit: & alterum diliget: aut vnum sustinebit: & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonae. Haec Christus apud Matheum. Atqui deo seruit: studiosum esse ac virtuti sedulo indulgere necesse est: & qui mammonae famulatur: voluptatis esse oportet assertorem atq₃ astipulatorem vitiorum. Quapropter & duas mortalium vias ac duplicem vitae cursum: Samius Pythagoras commode. Y. litterae forma ac figura depinxit: congrua bicornis elementi similitudine: virtutis ac voluptatis contrarium significans esse curriculum: metāq₃ longe diuersam ac fines oppositos. Ardua prima virtutis est via. Salebrosa saxa dextro limite surgentis callis asperum: ac duris horrēscentibus iter ingressos ostendunt. Gratissima sunt profecto nouissima: quae fari nesciat lingua mortalis. At voluptatis cōtra principio est iter amoenum: latissima via strata myrteis ac roseis sertis: niueis ligustris: ac purpureis liliis: & omni florum genere corollis intextis. Nec desunt mollia prata suaue spirantibus floribus picturata: amoenissima viridaria cōsita herbis olentibus atq₃ arboribus fului pomi: ac salubris vmbrae distissimis singulis circūfluentibus ramis garrulis ac dulce auiculis modulantibus: summis de collibus viua aqua decurrit: ac duris saxis illidens: dulcia ciet murmura. Est & frondosa atq₃ vmbrifera silua. Ferae innumerae: & frequens piscis vitreo flumine. Vbiq₃ vocum neruorūq₃ concentu ac vario cantus discrimine personant. Nec vlla desiderantur le-

Aristoteles.

Math. vi.

Duae mortalium vitae

nocinia gulæ:Veneris blandimenta:ita vt iucūde ac molliter in embra omnia moueantur:& effusa cunctorum sensuum oblectatio totas peni tus medullas resoluat. At dum securus incedit:qui voluptuosam degit vitam:tenebrosum tandem miser nihil futura prospiciens:iter ingredi tur:& malas incautus tenebras incidit:ac noctem perpetuam ruit in p̄ ceps:atq3 alto Orci vertice deuoratur ppetuo apud inferos cruciandus Hoc biuium Euangelio Christus:qui & ipse est summa veritas:& omnis auctor veritatis:his verbis luculenter expressit. Intrate per angustā por ta3:quia lata porta & spatiosa via est:quæ ducit ad perditionem: & mul ti sunt:qui intrant per eam. Quam angusta porta & arcta via est. quæ ducit ad vitam:& pauci sunt:qui inueniūt eam. Postremo volo tibi me diusfidius Aporete virtutem ac voluptatem acerrimas inimicas pone re āte oculos.vt q̄ longe absint:plane intelligas:liquidoq3 cognoscas Eas audi concertantes:& p se quanq3 suam agētem causam diligēter aduertas. Iudice quodammodo Scipione Maiore:quem in propriam vtramq3 sententiam traducere conatur:atq3 pollicere apud Silium Ita licum Punicorum libro.xv.in quo talia de virtute ac voluptate car mi na pulchre modulatus est Silius. Silius Italicus.

Has lauri resident iuuen s viridante sub vmbra
Aedibus extremis voluebat pectore curas.
Cum subito assistunt dextra læuaq3 per auras
Allapsæ haud paulum mortali maior imago
Hinc virtus illinc virtuti inimica voluptas:
Altera Achemenium spirabat vertice odorem
Ambrosias diffusa comas:& veste refulgens
Ostrum qua fuluo Tyrium suffuderat auro.
Fronte decor quæsitus acu:lasciua q3 crebras
Ancipiti motu iaciebat lumine flammas.
Alterius dispar habitus.frons hirta.nec vnq̄
Composita mutata coma.stans vultus & ore
Incessuq3 viro propior:lætiq3 pudoris.
Celsa humeros:niueæ fulgebat stamine palle
Occupat inde prior promissis fisa voluptas
Quis furor hic non digne puer consumere bello Voluptas
Florem æui:cannæ ne tibi grauiorq3 palude
Meoniis stygia lacus excessere:padusq3
Quem tandem ad finem bellando fata lacesses
Tu ne etiam tentare paras Athlantia regna
Sidoniasq3 domos:moneo certare periclis
Desine & armisonæ caput obiectare procellæ
Ni fugis hos ritus:virtus te sæua iubebit
Per medias volitare acies:mediosq3 per ignes.
Hæc patrem patruumq3 tuos hæc prodiga Paulum
Hæc Decios stygias Herebi detrusit ad vndas.
Dum cineri titulum memorandaq3 nomina bustis
Prætendit.nec censuræ quid gesserit vmbræ.
At si me comitere puer non limite duro

Iam tibi decurret concessi temporis ætas.
Haud vnquam trepidos abrumpet buccina somnos:
Non glaciem Arctoam: non experiere furentis
Ardorem Cancri. nec mensas sæpe cruento
Gramine compositas. aberunt sitis aspera. & haustus
Sub galea puluis: partiqz timore labores.
Sed current: albusqz dies horæqz Serenæ
Et molli dabitur victu sperare senectam.
Quantas ipse Deus lætos generauit in vsus
Res homini plenaqz dedit bona gaudia dextra.
Atqz idem exemplar lenis mortalibus æui
Imperturbata placidus tenet ocia mente.
Voluptatis facinora Illa ego sum Anchise Venerem Simeontis ad vndas
Quæ iunxi generis vobis vnde editus auctor.
Illa ego sum verti superum: quæ sæpe parentem
Nunc auis in formam: nunc torui in cornua tauri
Huc aduerte aures: currit mortalibus æuum
Nec nasci bis posse datur fugit hora: rapitqz
Tartareus torrens: ac secum ferre sub vmbras
Siqua animo placuere negat: quis luce suprema
Dimisisse meas sero non ingemit horas.
Postquam conticuit: finisqz est addita dictis
Tunc virtus quas nam iuuenem florentibus inquit
Virtus Pellicis in fraudes annis: vitæqz tenebras:
Cui ratio & magnæ cœlestia semina mentis
Munere sunt concessa deum: mortalibus alti
Quantum cœlicolæ tantundem animalibus isti
Præcellunt cunctis: tribuit namqz ipsa minores
Hos terris natura deos. sed fœdere certo
Degeneres tenebris animas damnauit auerni
At quis ætherei seruatur seminis ortus
Cœli porta patet. referam quid cuncta domantem
Amphitryoniadem: quid cui post feras: & indos.
Captiuo liber cum signa referret ab Euro
Caucaseæ currum duxere per oppida tygres:
Quid suspiratos magno in discrimine nautis
Ledeos referam fratres: vestrumqz Quirinum:
Nonne vides hominum vt cælsos ad sydera vultus
Sustulerit deus: ac sublimia finxerit ora:
Cum pecudes volucrumqz genus: formaqz ferarum
Segnem: atqz obscænam passim strauisset in aluum.
Ad laudes genitum capiat si munera diuum
Fœlix ad laudes hominum genus. huc age paulum
Aspice: nec longe repetam modo Roma minanti
Impar Fidenæ contentaqz crescere asylo
Quæ sese extulerit dextris: idem aspice late
Florentes quondam luxus quas vexerit vrbes.
Quippe nec ira deum tantum: nec tela: nec hostes

Quantum sola noces animis illapsa voluptas.
Ebrietas tibi fœda comes:tibi luxus & atris
Circa te semper volitans infamia pennis:
Mecum honor & laudes & læto gloria vultu
Et decus & niueis victoria concoloralis.
Me cinctus lauro perduxit ad astra triumphus:
Casta michi domus:& celso stant colle penates.
Ardua saxoso perduxit semita cliuo
Aspera principio:nec enim mihi fallere mos est.
Prosequitur labor.ad nitendum intrare volenti
Nec bona censendum.quæ sors infide dedisset.
Atq3 eadem rapuisse valet:mox celsus ab alto
Infra te cernes hominum genus omnia contra
Experienda manent:q̄ spondet blanda voluptas
Stramine proiectus duro patiere sub astris
Insomnes noctes:frigus famemq3 domabis.
Idem iusticiæ cultor quæcunq3 capesses
Testes factorum stare arbitrabere diuos.
Tunc quotiens patriæ rerumq3 pericula poscent
Arma feres primus:primus te in mœnia tolles
Hostica.nec ferro mentem vincere nec auro
Hinc tibi non tyrio viciatas murice vestes:
Nec donum deforme viro flagrantis amomi
Sed dabo qui vestrum sæuo nunc Marte fatigat
Imperium superare manu:laurumq3 superbam
In gremio Iouis excisis deponere penis
Quæ post q̄ cecinit sacrato pectore virtus:
Exemplis lætum vultuq3 audita probantem
Conuertit iuuenem.sed enim indignata voluptas
Non tenuit voces:nil vos iam demoror vltra
Exclamat.venient:venient mea tempora quondam
Cum docilis nostris magno certamine roma
Seruiet imperiis:& honor mihi habebitur vni:
Sic quassans caput in nubes se sustulit atras:
At iuuenis plenus monitis ingentia corde
Molitur.visceq3 calet virtutis amore.

¶Explicit quod inuenitur
Aporeti de voluptate

¶ Subtilissimi ac fidissimi poetarum interpretis Augustini Dathi Senensis: de Genio & Geniali hyeme tractatus fœliciter incipit. Ad Dominicũ Biliottã iuuenem peritissimum

GENIALEM Hyemem: quã Georgico carmine Virgilius Maro comemorat quæris mea explanatione declarari. Rem nõ admodũ grauem: nec difficilem postulas: sed certe multis nõ satis cognitã: qui se totius vetustatis nõ modo doctrinã: sed etiã peritiam: habere ꝓfitentur. Afferã ipse meã sententiaʒ & anteꝙ Genialeʒ hyemem exponã: dicam paucula de Genio: a quo ille originẽ traxisse putatur. Pompeius Festus: scrutator diligentissimus: vetustatis Geniũ: inquit: appellabant deũ: qui vim obtinere: rerum omniũ gerendarũ: A. Fussiuus vero ait. Genius est deorũ filius & parens hominũ: a quo homines gignuntur: & propterea genius meus noiatur: quia me genuit. Nonnulli vero esse putauerunt: vniuscuiusqʒ loci deum. Alii quidã Geniũ esse arbitrati sunt deum. qui nuptiis præsit. Sunt & qui naturæ deũ esse crediderint. Postremo Censorinus vir apprime eruditus ad. Q. Cerillũ scribens de natali die. Genius est inquit: deus cuius in tutela: vt quisqʒ natus est: viuit ita a geniendo appellatus. Siue quod vt generemur curat: siue quod vna genitur nobiscũ: siue & quod nos genitos suscepit ac tueatur. Eundem esse Geniũ: & larem multi veteres ꝓdiderunt: in quis & C. Flaccus in libro quẽ ad Cæsarem de indigitamẽtis scriptũ reliquit. Siue igitur Genius sit: qui rebus gerendis præsit: siue qui nuptiis: siue qui gignẽdis hominibus: tuẽdisqʒ seu deniqʒ qui vim naturæ obtineat: que de Genio diuersa esse videantur: reuoluũtur tamen eodem omnia. Nam si gerendarum rerum potestatem habet: genitis nobis datur: vt eo duce (sicuti veteres existimabant) recte omnia gerere: atqʒ amministrare possimus: Si hominem gignit: ita suscipit: vt perpetuo in omnẽ vitaʒ tueatur. Si cuiusqʒ loci deus est: nequaꝙ a gignendis hominibus abhorret. Nam & locus in generatione rerum magnaʒ vim habet: propter quod & Porphirius. Patria inquit. principium est vnius cuiusqʒ generationis: quẽadmodum & pater. Itaqʒ & homines ipsi pro locorum diuersitate: varia quoqʒ sortiuntur ingenia: vt ob eam ipsam causam Cicerone teste in secundo libro de natura deorũ: quibusdam regionibus: atqʒ vrbibus contingere videamus. Hebetiora vt sint hominum ingenia: propter cœli pleniorem naturam. Quid dicam de nuptiis: quarum ratio: & generationem spectat: & sobolis propagationem. Quod autem naturæ Genius præesse dicatur etiam ad res gignendas: & homines procreandos pertinet. Siquidem pro philosophorum sententia generationis effectrix: atqʒ auctor: & mater (vt ita dicam) omnium rerum natura dicitur. Ita fit: vt quæ de Genio a veteribus tradita sint: eodem referantur. Erit igitur Genius (si tamen credere dignum est) deus: & is quideʒ deus: qui de nobis datur nascentibus: & in cuius tutela: vt quisqʒ natus est viuit de

Marginal notes: Festus Pompei. — Genius — C. Flaccus — Porphirius

quo & hæc insuper adiecit Censorinus: hunc in nos maximā: quinimo omnem habere potestatem creditum est. Nonulli binos Genios colendos putauerunt. Euclides autem Socraticus duplicem omnibus: omnino nobis genium dicit appositū: quā rem apud Lucilium libro Satirarum.xvi. licet cognoscere. ac deinde. Genio igitur potissimū: per omnem ætatem: quot annis sacrificamus. Quāꝙ non solū hic: sed & alii sunt præterea dei complures hominum vitam: pro sua quisq; portione amminiculantes: quos volentes cognoscere in digitamentorum libris satis edocebunt. Sed omnes hi semel in vno quoq; homine numinū suorum effectum repræsentant: quocirca nō per omne vitæ spacium nouis religionibus arcessantur. Genius autem ita nobis assiduus obseruator appositus est: vt ne puncto quidem temporis longius abscedat: sed ab vtero matris acceptus ad extremum vitæ diem comitetur. Hæc Censorinus. Seruius quoq; vir eruditissimus: super illud Virgilianū. Hunc ardorem mentibus addunt. De genio philosophorū exponit sententiam fere his verbis. Apud Plotinum philosophū: & ad alios quæritur: vtrū mentis nostræ acies per se ad cupiditates: & consilia moueantur: an impulsu alicuius numinis. Et primo dixerūt mentes humanas moueri sua sponte: deprehenderunt tamen ad omnia honesta impelli nos genio & numine quodam familiari: quod nobis nascentibus datur: praua vero nostra mente: nos cupere & desiderare. Ex his omnibus constare potest Genium ad natura hominis referri oportere: non eam quidem: quæ latissime pateat: sed eam potius: quæ singulis est tributa ac per hoc suum quisq; genium sortitus est. Hunc iter selectos deos veteres annumerabant: quos nihil aliud esse: quam hunc mundū perhiberent & in quibusdam quidem intelligi vniuersum queādmodum Iouem: in quibusdam vero partes eius: queādmodū geniū. Et enim & mundus totus Iupiter dici consueuit: & Genius partes eius aliquas cōplectitur. Quandoquidem: & singulis hominibus: singulus quoq; tributus est Genius: nisi malumus Euclidi Socratico assentiri: & duplicem datū cuiq; arbitrari. Ille igitur genio paret: qui quæ secundum naturam sunt: sequitur: qui vitā corpusq; tuetur: qui ea declinat omnia: quæ nocitura videantur: ille in ꝙ Genio indulget: qui dat voluptati operā: modo eiusmodi voluptas sit. quæ a virtute non longe abhorreat. Quid est secundum priscam loquēdi consuetudinem indulgere Genio aliud: nisi relaxare naturam: suscipere voluptatē: dare se iucunditati: nō indecoris nature oblectamētis perfrui. ¶ Quid contra geniū defraudare est aliud: quam viuere durius asperiorem agere ætatem: nimia vti parsimonia. Prioris generis apud Flaccum eiusmodi exemplum est. Postquam cepit agros extendere victor: & vrbes. Latior amplecti murus: vinoq; diurno. Placari Genius: festis impune diebus. Quod neq; absq; largioribus epulis. atq; hilarante Baccho: neq; sine summa conuiuiorū lauticia fieri posset Alterius generis. P. Terentius in Phormione exemplū præbet. Quod ille vnciatim vix de demenso suo suum defraudans genium comparsit miser Nam defraudato genio: parsimonia significatur: quod Nonius Marcellus ait. Quod qui amplificandæ rei nimis magnū studium habet in eo Exercendi & curandi corporis studium relictui fit: omnis elanguescit vigor: extenuatum: emaciatum corpus redditur: vt benedixerit nobilis historicus in catilina. ¶ Auaritia pecuniæ studium habet quam

Bini genii
Euclides
Lucilius
Seruius
Dii selecti
Genio idulgēs
Geniū fraudare
Horatius Flac
Pub. Teren.
Nonius Mar.
Salustius.

plura de hisdem rebus afferri nobis: sed haec si accuratius legeris: nullus tibi relinquetur (vt arbitror) dubitationi locus. Verum iam riuos claudere tempus suadet: quod satis multa dicta sunt: & quieti indulgendum est. Nox instat: & somnus lassos submittit ocellos.

FINIS.

¶ Fidi graecarum litterarum interpretis Augustini Dathi Senensis praefatio in traductionem Platonis de Alcyone aue ad Alexandrum theologum peregregium ac venerabilem religiosum ordinis praedicatorum

x magno philosophorum numero: qui priscis temporibus claruerunt pater Alexander: vnus Aristocrates: qui & plato post ea cognominatus est: & a veritate: & a christiana religione prius abfuit. Multa saepe de Deo deque diuinis rebus pie: religioseque disseruit. Ac per raro vsquam locutus est: quin de diuini numinis maiestate sermonem inferret. Itaque & Augustinus noster christiani quidam imperator exercitus: tantum Platoni tribuit: vt cum caeteris eruditis ac sapientibus viris praeferat. Sed quid mirum cum Simplicianus Augustinum laudauerit: potissimum in Platonicorum libris inciderit: inquibus omnibus modis differeretur: atque eius verbum. Itaque ego his causis commotus iucundissime Platonis scripta legere consueui: Nuper vero forte fortuna libellus oblatus est: qui Alcyon scribitur: cuius non tam fabella captus sum: quam probaui potius pulcherrimum commenti mysterium: in quo splendide sane Cerephontis interrogatione: & responsione Socratis. de immensa summi: atque aeterni principis potestate differitur. Hoc ego opusculum cum putarem nusquam apud nostros inueniri: vna lucubratione latinum feci: & ad te mittere constitui: vt qui optimus es agendorum praeceptor: sis etiam scriptorum censor. Accipe igitur paruum munus: & (vt videtur) emenda. Considera autem non ineptam fortasse interpretationem verborum: sed magis quae intus clauditur sententiam grauitatem. Habes tu primus interpretationum mearum primitias. Alia posthac tentabimus fortasse maiora. Vale.

¶ Incipit Platonis libellus qui Halcyon inscribitur: quem Augustinus Dathus Senensis e Graeco sermone in latinum conuertit

CHAEREPHON



VAE Vox insonuit nobis o Socratesprocul a littoribus & Promontorio illo. Quam iucunda auditu. Quodnam est in quo vocale animal. Nam muta quidem sunt: quæ in aquisdegunt. SOCATES Maritima quædam ales o Chærephon: cui Halcyō nomen est: luctuosa admodum: & per quam flebilis: de qua vetus iampridem hominibus fabula proditur Etenim ferunt hanc aliquando mulierem Aeoli Græci filiam: quam a puella virum acceperat: studii atque amoris gratia lugere mortuum Trachinium Ceyca Luciferi Astri pulchri atque honesti patris pulchrum quoque: atque honestum filium. Moxvero diuino quodam numine pennis circunfusam volucris instar maria circundare. atque illum perquirere. Cæterum terram omnem peragrans inuenire haud quaquam poterat. CHERE. Nunquid nam Halcyō est: quod agis. Neque ego vnquam antehac vocem audieram. At mihi quidem externa quæpiam contingit: lugubrem scilicet per quam vere vocem profundit animal. Cuiusmodi quæso & hoc est o Socrates. SOCR. Non magnum Chærephon: at magnum ob coniugalem pietatem: a diis accepit honorem. Siquidem in nidulatione istarum auium: & Alcyonum: quas appellant. Dies mundus agit per mediam quoque hyemem tranquillitatibus differentis: e quibus est & hodierna præsens nunc imprimis. Nonne cernis summa ac superiora maris: quam serenissima sunt. Pacatum autem ac tranquillum omne pelagus simile denique (vt ita dixerim) speculi. CHE. Recte dicis: videtur nanque hodierna Halcyonis dies: sed & externa quoque talis quæpiam fuit. Sed per deos qui vnquam opus est iis fidem adhibere: quæ initio habita sunt o Socrates: vt vel ex auibus mulieres aliquando effectæ sint: vel ex mulieribus aues. Nullo enim pacto tale quidpiam videtur fieri posse. SO. O amice Chærephon videmur nos quidem & eorum: quæ fieri possint: & eorum quoque: quæ effici nequeant: tardi atque obtusiores quidam esse iudices Nam iudicamus nos plane: pro humanæ facultatis viribus: quæ & rerum ignara ac rudis est: & difficile adducitur vt credatur: sed & nequaquam perspicaciter intuetur. Itaque compluria nobis & de his quæ facilia sunt: difficilia: & quæ consequi possint impossibilia sæpe videntur. Atque id quidem nonnunquam propter imperitiam: sæpe numero vero ob quandam mentium ipsarum infantiam. Omnisnanque homo infans vtique videtur esse vel vltima senectute prouectus. Quandoquidem pusillum admodum ac nouellum vitæ tempus ad præsens æuum. Quid est igitur o bone vir. quod ex eiusmodi rebus possibiles ne: an impossibiles sint dicere quippiam possint ii quos deorum: diuinarumque rerum latent potestates: quibusue totius naturæ vis incognita est. Meministi O Chærephon quanta nudiustertius tempestas extiterit. Nam vel cogitantem quidem tum fulgura illa ac tonitrua: tum ventorum incredibiles atque immensas magnitudines cogitantem in quam pauor incedit. Vereretur forsitan quispiam vniuersam iam iam ruituram mūdi fabricam. Porro vero admirabilis quædam tranquillitatis cōstitutio ex-

calen. Ian. deinde in triduū: mox & in. vii. dies prorogatum est. Quo tē pore per Cecropis institutione patres familiarū: frugibus fructibusq3 iam coactis: passim cū seruis vescebantur: cū quibus patientiā laboris in rure colendo tolerauissent. Nec contenti ob rura poculi: cena ac lasciuiente ferculis diem plæriq3 omnes abaco & latterculis conterebant. Quod igitur ea tēpestas importuna laboribus ocio & quieti accōmodatissima videretur. Genialis hyems & dicta & habita est. Perspicuū iā3 puto esse: quod vel de genio vel geniali hyeme dicendū erat. si. M. Varronis fuerit adiecta sententia qui de genio aliud philosophatus est. Hic igitur in libro de Diis Selectis tres eē affirmat animæ gradus in omni atq3 vniuersa natura. Et primū quidem: qui per omnes partes corporis quæ viuunt: transit nec habet sensum: sed tantū ad viuendum valitudinem. Hanc vim in nostro corpore permanere dicit in ossa: vngues: capillos: sicut in mundo arbores sine sensu aluntur: crescunt: & modo quodam suo viuunt. Alterum gradū animę dicit esse qui sensum habeat: & hanc vim permanare: in oculos: aures: nares: os: tactum. Tertium vero animę gradum. Summū esse constituit: eumq3 animū vocari: in quo intelligendi sita vis est: quo præter hominem omnes dicit carere mortales. Hanc ergo partē animæ: mundi dicit deū. id quod Aurelius Augustinus de Varronis mente patefacit: in nobis autē genium vocari. Esse autem in mūdo lapides ac terram: quam videmus quo nō permanat sensus: vt ossa aut vngues dei. Solem vero Lunā Stellasq3 sentimus: quibus ipse sentit. sensus est eius. Aethera porro animū: cuius vim: quæ peruenit in astra: ea quoq3 facere deos: & per eam: quod in terram permanat deam tellurem. Quod autem inde permanat: mare atq3 occeanū: deū esse Neptunnū. Sed quid tam longe progredimur. Ex his patet sentire Varronem Geniū esse eam partem animæ: quæ præ cæteris dominetur: & intelligendi habeat potestatē. Quam ita pclaram atq3 excellentem esse: veteres quidem tum poetę: tum etiā philosophi tradiderunt: vt etiam deum appellare nō dubitarint. Hinc illa apud. M. Tulliū in sexto libro de rep. Scipio inductus loquitur. Deum te scito esse. Siquidem deus est qui viget: qui sentit: qui meminit: qui prouidet: qui tam regit & moderatur: & mouet id corpus: cui ppositus est: ꝙ hunc modum: ille princeps deus. Et vt mundū ex quadam parte mortalem: ipse deus æternus sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Euripides quoq3 animū existimauit esse: atq3 appellauit deum: Atq3 hic forsitan Socratis deus erat: qui sibi futura psignaret: a quo & perhibetur solitus ammoneri: vt ab agendo desisteret: quādo id quod agere volebat: nō prospere fuerat euenturum. Quanꝙ Apuleius Platonicus hac vna de re scribit librum quem & de Deo Socratis prænotauit: vbi inuestigans ex quo genere numinum Socrates habebat adiunctum atq3 amicitia quadam conciliatum: & aperte & copiose demonstrat nō illū deum fuisse: sed dæmonem qui medium quendā inter naturam pcellentissimam. & infimā animu3 id est Deum atq3 hominem locū obtinet. Et hic vere Genius erat. Socrati appositus. Nā eundem esse genium: & larem teste Censorino: cū alii multi veteres prodiderunt: tum potissimum sentit Flaccus. De qua re rectissime in Timæo Cicero: de demonibus: inqt: quos nostri lares cēsmodo hoc recte cōuersum videri potest) & nosse: & nunciare ortum eorum

Tres animæ gradus

Euripides

erta est:quæ ipsa et hactenus perdurauit. Vtrumigitur maius ac diffici- lius arbitraris esse eam ne serenitatem ex illo vehementissimo turbine ac perturbatione traducere: trãsferreq; in tranquillitatem mundũ om nem:an potius mulieris formam transfiguratam in auiscuiuspiam spe ciem conuertere. Etenim & pueri nostri quoq; huiusmodi aliquid finge re ac formare scientes limum:ceramve cum cœperint:facillime ex eodẽ tumore varias multiplicesq; transfigurant formarum naturas. Diuino autem numini:qui cum ne minima quidẽ expertæ nostræ facultates cõ- ferri debent:perfacilia forte fortuna hæc sunt omnia. Tum mundũ om nem quanto te ipso maiorem putas esse. Dicesne tu. CHAEREPHON Quis hominum o Socrates huiusmodi quicq̃ vel cogitatione comple cti:vel oratione consequi valeat. Neq; enim id dicendo quisq̃ assequa- tur. SORCATES. Itaq; iam cernimus homines:si forte inuicem confe rantur:per multum differre inter sese:præstareq; alterum alteri tum vi- ribus:tum etiam imbecillitatibus. Etenim matura hominum ætas col lata ad pueros penitus infantes quinq; puta:decemve dies natos: quã magnum quæso:quãq; admirabile discrimen habet & infirmitatis:& ro boris:cum in omnibus fere vitæ actionibusatq; artium studiis:tum in iis quoq; omnibus:quæcunq; aut corpore administrantur: aut animo geruntur. Hæc namq; id quoq; paulo ãte dixi:tenerioribus pueris ne in mentem quidem videntur venire posse. Ac roboris quidem magnitudo eius:quæ perfecta ætate fit:quantam quamve immẽsam:atq; inextima bilem præ illis præstantiam habeat. Myriadas enim talium vir vnus p manu complectatur:& quidem facile. Erat namq; ab ipso initio impe- rita prorsus rerum omnium:& quæ moliri nihil possit:hominibus natu ra contingit. Cum igitur homo homini(vt videtur)tantum interfit:q̃d censebimus vniuersum videri cœlum præ nostris facultatibus iis:qui ta lia hæc cognitione assequantur. Credibile lit aq; fortassis pleriſq; videbi tur eiusmodi habet mundi magnitudo præstãtiam ad Socratis: & Chæ rephontis formam:eiusmodi & suam ipsius potestatem & prudentiam ac deniq; cognitionem irrationabilem eam quæ nobis inest antecelle- re facultatem. Proinde multa & tibi & mihi: sed & aliis: qui perinde ac nos sunt:impossibilia videntur ex iis. quæ aliis forsitan perfacilia sunt Quandoquidem & tibia vti iis qui tibicines non fuerint:& legere ac scribere grammaticæ artis ignaris impossibilius est: vt qui illa ignorãt quam aut mulieres cõstituere ex auibus:aut ex mulieribus aues. Ac na tura quidem cum in fauo ferme animal comparet:& pedis & manuum et pennarum expers:pedes subiiciens:atq; adhibens pennas. Sed & va rietate quadam multiplicium:variorumq; colorum exornans apem:et finxit sapientem diuini effectricem mellis. Quin etiam ex mutis ouis: atq; inanimis compluria genera constituit animalium:tum volucrum: atq; terrestrium:tum etiam aquatilium ætheris magni(vt nõnulli tra dunt)sacris vtens artibus. Quamobrem immortaliũ potestates:quæ profecto q̃ maximæ sunt:mortales nos ac pusilli:& qui nec magna: ne q; etiam parua percipere valeamus:pleraq; etiam addubitemus eorũ quæ circa nos ipsos versantur:haud firmum quicq̃ vel de Halcyonibus vel de Philomenis tradere possimus. Cæterum gloria fabularum qualis a patribus prodita est:talem & pueris meis o Ales quæstuum ac luctuũ

Myiriadas.

debeo.n. præbuero de tuis laudibus: tã vero piũ ac studiosum viri amorem concinam crebro vxoribus meis xantippe ac Myrtæ referẽs cũ alia multa. tum imprimis quæ diis honorem consecuta es. Tu quoq; o Chærephõ huiusmodi aliquid feceris. CHE. Ddecet igitur plane o Socrates: et quæ abs te dicta sunt: duplicem vt habeant persuasionem ad mulierum in q consuetudinem: ac virorum. Iam igitur Halcyoni salutatione facta regredi ad vrbem ex Phalerico tempus. SOC. Sane quidem igitur sic faciamus.

FINIS:

¶ Quid reipublicæ scribã: quidue eius Amanuenses deceat: hoc Nicolai Dathi carmine declaratur Ad Hieronymum Dathum celeberrimum adolescentem ac nepotem charissimum.



Nitor atq; nouum specimen: sidusq; tuorum
Ac splendor nostræ: delitiæq; domus:
Designatus eris sacro cum Scriba senatu
Si sapis: hæc moneo: dogmata pauca legas
Quale sit hoc pondus: q̃tum quoq; viribus ipse
Orandi valeas: prouidus ante vide.
Quantus vocis honos: & gratia q̃ta legentis
Quæ doctrina simul: stilus: & ingenium.
Est opus hoc etiam fuerit tibi longior vsus
Scribendi sine quo prorsus ineptus eris.
Nec fuerit scribæ satis experientia: nanq;
Quamuis longa: tamen nil valet arte carẽs
Adsit præterea grandis prudentia: solers
Ingenium: atq; sagax: & memor atq; tenax:
Quumq; senatorum petitur sententia quæ sit
Ambiguum si quid forte refertur ad hos:
Illorum studeas discordia verba tenere
Et velut ad numerum scribere quæq; suum
Et varias voces concinnat musicus arte:
Sic mentes Scribam conciliare decet.
Sæpe licet ciues non consona verba loquantur
Publica sed cunctis cernitur vna salus.
Huc tendant omnes: huc dissona dicta feruntur
Omnibus & finis vltimus vnus hic est
Ac velut in vita longe diuersa sequantur
Mortales fœlix quilibet esse cupit.
Nil refert illis vox sit contraria: dum sit
Mens eadem: & quisquis sentiat intus idem!
Immo solet potius variis sententia verbis:
Ac resoluta modis lucidior fieri.
Consule quæso prius: casusq; expende futuros
Ciuis: qui saluam rem cupis esse tuam.
Insuper hæc moneo memori sub pectore condas:
Peruoluasq; animo: continueq; legas.
Publica sollicita seruentur scrinia cura:
Ne quis furetur: surripiatq; tibi.

Sis fidus:patiens:promptus:si quando voceris
A dominis:semper nocte dieq; vigil.
Nulla tibi(cheu caueas)mittatur epistola quo q̄
Ni fuerit dominis ista probata prius.
Ante tamē q̄ des:iterumq; iterum legatur:
Paruus in hac error:maximus esse solet:
Publicus is quoniam cunctis spectandus:& extra
Conspiciendus abit:dedecus ide parit.
Non tantum auctori sed qui præfecerit ipsum
Tam magno imprudens officioq; graui:
Et scriptam inuoluas alia de more papyro.
Seruari quoniam sic solet ipsa magis.
Prædico caueas:ne quis te blandus iniq;
Fallat:& insidias tendere forte queat.
Hic tacite dicet:si nunc tibi littera detur
Hæc mihi non vn q̄ qui sciat vllus erit.
Quo tamen excuses te:si quis sciret habebis
Littera quum fuit hæc tradita non aderam:
Quis volet viterius rimari:& quærere causam:
Obsequere hinc & enim gratia magna venit.
Hinc tibi perpetui(credas)quærentur amici
Quod licet ingratū est:quod minus illud ame
Sic tibi molliculis tenduntur retia verbis:
Subrisit factam rem sibi fraude putat.
Sara tibi iurata fides & sancta colatur
Vult:hanc quam violet:vir bonus ante mori
Abnue magnanimus.constansq; obsiste precanti:
Nec flectant animum subdola verba tuum
Ista tamen pauci poscent:poscentq; proterui
Expertus nemo:nec petet ista bonus
Nullus erit forsan ciuis:qui talia tentet:
Nosce tamen:si quis talia forte roget.
Nam decet ad cunctos cautos auertere casus
Si minus eueniant.nil tibi nosse nocet.
Augustum caueas solium:venerandaq; tecta
Visere ni dominis iussus adire prius
Si tamen hi iubeant te te in secreta vocari
Atria:parendum est:mox reuerenter adi
Instrue præterea dominos:si forte laterent:
Quæ sint officii:muneris atq; tui
Accidit interdum quosdam non esse peritos:
Quæ deceant:hæc sunt præcipienda tibi
Atq; voluptatem nun q̄ tibi sermo feratur:
Vtile quod fuerit:dixeris:atq; decens
Et fremat vsq; licet ciuis quicunq; loquaris
Quod ratio dictat:qua duce tutus eris.
Interpres verax hominis mihi lingua latentis
Sola placet:mentis nuncia fida suæ
Ocius expedias:quæ demandata fuere
Ad nutum domini scripseris omne tui.

Sola placet mentis nuncia fida suæ
Ocius expedias quæ demandata fuere
Ad nutum domini scripseris omne tui.
Qui licet ingenuis percurreret ocia ludis
Abstineas.auctor ne videare iocis
Nam decet æquales semper iocus:hercule seruo
Turpe est cum dominis ludere velle suis.
His quæcunq; tibi fuerint commissa:taceto
Labra velut Lethes flumine prolueris:
Parua licet:tu magna putes:infandaq; rere
Parua quidem culpa est ad grauiora via.
Culpatos defende tuos dominos:& ab omni
Crimine dic longe semper abesse viros.
Cuncta velis tu nosse prius:ne crederis vlli
Scibere quod sit opus:sit licet vsq; leue.
Ascribenda quidem tibi sunt quæcunq; memento
Et decus omne tuum:dedecus omne tuum:
Insuper exortor:ne quod non pertinet ad te
Anxius exquiras:sollicitusq; petas.
Quæ tua sunt tantum cures: nam segnis & amens
Cui nihil est quod agat:scire aliena cupit.
Hæc loca præterea:veluti penetrale tuentor.
Improbus hinc abeat:nec male notus eat.
Absit ab hoc omnis pluteo:nec scribat in isto
Quisquis erit propius non adeatq; gradus:
Rusticus imprimis & qui famosus habetur
Et quisquis demum non bene notus erit.
Nulla super scanno pateant monumenta legenda:
Et sileas:tacito gloria magna viro
Vtere voce parum:sit magna modestia linguæ
Turpe nihil dicas:id faciasq; minus.
Custodi vigilans:cautusq; reconde sigillum
Obsignata tibi littera qum fuerit.
Ordine cuncta loces:atq; ordine singula serues:
Omnibus & rebus sit locus & proprius:
Inq; diem conscripta tibi referantur in acta
Publica:quæ cunctis sint monumenta diu.
Summatim:patriæ fuerint quæ missa per agru
Ad verbum quicquid mittitur inde foras
Discedens tu claude fores:tunc ianua nunq̄
Hæc pateat:quamuis non procul ire velis.
Ostia claudantur sensim:ne stridor acerbum
Dentibus incutiat:vim faciatq; sonus.
Consilia impediunt stridentes cardine portæ:
Mutua ne domini dicere verba queant.
Terq; quaterq; prius discedens cum pede clausæ
Ostia pertentes:percutiasq; manu.
Et tibi non vlli credantur aperta monemus

Hæc loca:sed iubeas:hinc eat ille prius.
Si vir erit prudens:liquido te nolle videbit
Linquere sola loca hæc:te sine tuta minus.
Si tamen ille rudis nequaꝙ aduerterit istud:
Tunc fingens causam dicere vade:potes.
Si sibi des clauem:petat a te quisqꝫ negabis
Hoc sine te nollem quemqꝫ manere loco.
Excipio dominos:& qui grauiora gerentes
Forte frequentarent hæc loca clara viros:
Ire volet prætor leges:ac iura daturus
Senæ subiectis vrbibus:atqꝫ locis:
Quas omnis quæstor gemma signauerit vda
Ostendit caras:porrigat atqꝫ tibi.
Hoc magis:atqꝫ magis facias custodibus arcis:
Quos deceat fortes esse probosqꝫ viros:
Et iurare iube cunctos se velle tueri
Aequuꝫ:iura:fidem:fas:decus:atqꝫ modum:
Sis frugi:& parce cæra vtere:licia serua.
Et folia:ac nulli des:licet illa petat.
Sæpius hoc spacium iubeas tergatur:& omnis
Angulus:& scannum:scrinia cum loculis:
Ne cui:si sedeat:spargantur puluere vestes
Et putet immundos hic habitare viros:
Ne ve etiam innixi faucesqꝫ & tempora dextra
Forte super scannis:menda sit in cubito:
Angulus excipiat quicquid verratur:& inde
Puluere rimeris:chartula siqua latet.
Nec turbata volet passis emissa fenestris
Pagina:siqua tibi est forte notata prius.
Nam secreta quidem iactis extantia chartis
Si pateant:rapidus quas male ventus agat.
Quilibet e populo possit delapsa videre
Mox folia:& rapiet forte inimica manus.
Vt tibi tollatur tantorum causa malorum:
Collige:collecta mox dabis ista focis
Tu quoqꝫ ab igne caue:multum candela tapetis
Sæpe nocere solet:si super illa cadat:
Atqꝫ ruens nigro macularet bombice chartas.
Flagrarent multo scripta labore tibi.
Extinguas abiens ardentia lumina.totum
Vrere namqꝫ locum parua fauilla potest:
Hinc vlli nunquam iubeas:res vlla trahatur:
Pro licet exiguo tempore quisqꝫ petat.
Non ego de nummis volui meminisse:docebit
Quem seruare decet scripta tabella modum.
Vrbe mane semper.hinc longius ire negato
Scriba & enim debet semper adesse domi
Nuncius ecce venit:vel nuncius ire iubetur

Festinans.nulla estforte opus ire mora.
Littera missa foris veniet conscripta latine
Illico responsum qui feret:ille petet.
Dedecus est ingens:si tuncnon vllus adesset:
Scribere qui norit verba latina citus:
Si tamen extiterit casus:quoforte necesse
Ire foras fuerit:ista teneto prius.
Subroget egregium ciuem pro tempore toto:
Quo velit esse foris:nec sit is inferior.
Quãq3 manere diu putet:aut vbi sistere:quo se
Contulerit dominis edito cuncta prius:
Vt si tunc placeat distantem forte vocare:
Noscant quo mittant:vnde vocatus eat:
Sit tibi præterea:valeat qui rite tabellis
Dictantis celeri verba notare manu.
Ac celer obsequio dextræ perscripta citatæ
Corrigat arbitrio iudicioq3 tuo.
Exscribat rapida tenui meditata papiro
Dicta manu:mentem concipiatq3 tuam.
Et caueat torto scribatur littera versu
Iungantur paribus quæq3 elementa notis:
Sit bonus & doctus fidus rarusq3 loquendi:
Et cupidus famæ sollicitusq3 tuæ.
Sit iuuenis:lector velox:vocisq3 sonoræ:
Sit ciuis natus nobiliore loco .
Arcanum ignoto quoniam male creditur:ipse
Corrigitur iuuenis indocilisq3 senex.
Plura quidem dixi pingens modo carmine qualem
Esse velim:nobis qui placeat iuuenem.
Hic dat enim multum damni:multũve decoris
Affectus si sic:aut aliter fuerit.
Nuncius & fidus cursor mandata ferentes
Sint curæ & magnæ præcipuæq3 tibi.
Nocte die miseri patientes frigus & æstum
Hi cursim carpunt absq3 quiete viam.
Et licet exitium minitetur fluminis vnda:
Et careant ruptis flumina cuncta vadis
Et licet innumero loca sint obsessa latrone:
Vt nulli possit transitus esse vix.
Et ruat assidue quãuis cum fulmine nimbus:
Attamen ire opus est:atq3 redire cito:
Hos tu præcipuo studio tuearis:& istis
Patronum præstes te velut immo patrem.
Hæc si contigerint:scito tibi grande paratum
Iri scriba sophos perpetuumq3 decus:
Si secus acciderit:stultus rideberis:& sic
Vrbe nihil gratus:ridiculusq3 foris.
FINIS.

¶ Augustini Dathi epitaphium
a Ioanne Vacceo aditum.

Hic iaceo: sed quando datum mihi viuere: Qui me
Eloquio posset vincere nullus erat.
Alter Aristides: alter Maro: Tullius alter:
Alter Thucidides: Liuius alter eram.

¶ Augustini de quercu Monticolæ
ad librum decasthicon.

Exi parrhiseo munitus vindice codex:
Qui grandi vinces quemq; lepore librum.
Si præcepta tibi grandem portantia fructum
Continet: hic lector mente relecta tene:
Namq; relecta tibi potius: ꝙ lecta placebunt
Rhetoricæ quibus est gratior ipsa chelis.
Quisquis aues grandi monumēta haurire leporis:
Ere tenes modico: qui dabit arte melos.
Qui dabit arte melos: quantum gestauerit ore
Tullius: Isocrates: Tucididesq; simul.

¶ Octasthicon fratris Ioannis Myet
ad reuerendum in christo patrem do-
minum Iacobū de sancto Nectario Cœ
nobii Casedei abbatem vigilantissimū.

Ecce cothurnatus (musæ gaudete latinæ)
Ipse caballino venit ab amne Dathus.
Inclyta iam linguæ reuirescit fama togatæ
Gaudeat o talem sæua tulisse virum.
Huc properate precor (nec sit mora lōga) iuuentus:
Si vis altisono cum Cicerone loqui.
Sed tu præcipua qui religione nitescis:
Ore Dathum placido docte Iacode legas.

¶ Fratris Pontii de Curzay ad reuerendum pa
trem dominū Ioannem de Puteo Cormeri-
censem Abbatem me[illegible] duodecasticon.

Si daret istius: meritas resonare canora
Quærenti laudes: doctus Apollo cheil:
Vix possem quas docta tenent discernere mente
Pectora: nam grande est pandere facta virum.
Velleris aonium decorauit laudis amore
Gloria victorem: thessalicosq; duces.
Insignes quondam sapientia sacra Catones
Deuicit: diuum relligioq; Numam:
Relligio: & probitas tua nunc in pectora serpunt:
Et viget excelso laus tua crede polo.
Viue vale donec replerint Belides vrnam:
Tantaleos artus dumq; tenebit aqua.

Iohannis vatismarci ad Monticolarum iu-
uentutem Carmen Didascalicon.

Ardua si biiugi trāsire cacumina montis
Optes:& claria dicere voce simul:
Cecropidumq; tibi nitidos haurire liquores:
Atq; caballini sumere fontis aquam.
Siue per aonios deducere linthea fluctus:
Pieridum pariter conciliare choros.
Et cupis orator fieri:vel Rhetor haberi:
Aut marci claros carpere mente sales.
Huic comes esto frequens feruēti corde libello:
Hac iter est musis:hoc duce doctus eris.
Hæ ciceronis opes.hec est facundia lingue
Eloquii fons est:ac decor historie
Iupiter ingenium:cytharamq; insignis apollo
Huic dedit:& Maiæ filius eloquium.
Clitiadem superat:quamuis superaret athenas:
Vinceret & cunctos palladis arma sequens
Optima quuz siquidem linguæ præcepta latinæ:
Rhetorica plures liquit in arte libros.
Attamen hos omnes multo superare lepore
Hoc opus est clarum:clarius orbe nichil.
Ergo soporifero retrahas tua membra veterno
Pro me libens gressus chara iuuenta tuos.
Nocturnisq; simul vigil impallesce lucernis
Blanda tuo nec sit mista labore quies.
Collige nunc riguo liquidos e fonte liquores:
Cultaq; facundo vera lepore cape.
Sic meritos poteris lauro religare capillos:
Sumere vel similem cum cicerone locum.

Finis.

¶ Mete fœlici fauēt insignis Oratoris et Philosophi Augustini Dathi Senensis Secundæ Partis Orationes Cum Isagoga cæterisq; eius fætu ris q̄ ad artē bene dicēdi & ornādi potissimū pro nostra ætate specta re videntur. Parisiis: o ia caractere Cesareo excusa sūt in Officina Guil lelmi Le Rouge Fidissimi Calchographi Impensis vero Honesti Biblio polæ Dionisii Rocii octauo Calendas Octobres Nostræ Redemptionis Anno.M.ccccc.xiiii.
Deus Alpha α.& O ω.Principium Et Finis.

